



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





Eg. 2899<sup>2</sup>

Jun 10 1897

# In l. secundam de origine iuris

CATALEXIS,

VENTURA CAECO AVTHORE,

BONONIÆ in alma Academia Humaniores literas  
profitente.

AD REVER.<sup>mm</sup> P. DONATVM CÆSIVM

*Narniensem Antistitem, Bononiæ iure opt.*

PROLEGATVM.



DEMISSVS



C O R P O

A B A T T O .

BONONIÆ,

*Excudebat Ioannes Rubeus, auspice Mercurio.*

M D L X I I I .

AD VENTVRAM CAECVM VIRVM  
VNDECVNQVE DOCTISSIMVM,  
FABRITII Reseci carmen.

QVAM bene Cæce dicas de Iuris origine librum  
 Illi? quo regnum Præsides Iura tenent?  
 Vindice nimirum Hoc, iniuria, tempore ab ipso,  
 Aut rabido à Momo nulla timenda tibi est.  
 Quin speranda magis, Petro duce, & auspice Petro,  
 Omnia: quæ famam perpetuare queant.  
 Nam, quemcumq; Petra hæc sustentat, in astra uolabit:  
 Quemq; teris, Petra hæc, in Phlegethonta ruet.  
 Recte igitur donas Donato Cæce libellum:  
 Qui donare tibi uel bona cuncta potest.  
 Quippe ita Cæce uides multum. Sed tu Inchyte Præsul  
 Respice iam Cæcum, iamq; clientis opus:  
 A cunctisq; bonum ipse malis bonus eripe: quando  
 Es, Petre, Petra bonis; es Petre, Petra malis.

REVERENDISS. P.DONATO CAESIO  
NARNIENSI ANTISTITI,  
BONONIAE PROLEGATO.



VENTURA CÆCVS S. P. D.



VTHOREM ego quidem rerum, con-  
ditoremq; DEVM, cuius nutu, atq;  
imperio obtemperant uniuersa, cæliq;  
summa reguntur, atq; terrarum ima:  
nihil homini Philosophia præstantius,  
nihil diuinius tribuisse puto; cuius rei  
causam suscipies qua cætera consueui-

sti mente, PRÆSVL Amplissime, Clarissimeq; PROLE-  
GATE. Constat feroè homo corpore, atq; animo: cumq; corpus  
contrariis elementis confectum, animus contactu, coniunctioneq;  
corporis innumeris conflictetur morbis, variisq; libidinibus tor-  
queatur, gemina reperienda fuit medicina, altera, que corporibus,  
altera, que mederetur animis. Est igitur (ut in pauca conferam)  
animorum medicina Philosophia, que parata, ac reddita non con-  
tenta incolumitate, mentes expiat ut evolare audeant, imitariq;  
Numina. Hinc immortalitatis paranda immensa cupido, quam  
licet omnes consequi non ualeamus, appetimus tamen, eoq; cona-  
tum omnem dirigimus. Pauci tamen superis (ut mihi persuadeo)

A 2 charif.

Charissimi uoti compotes efficiuntur. equus enim ille & uena, &  
 ingenii deterioris nos ad terram deprimat, neq; aurigam patitur  
 suo munere fungi. Felices igitur illi, omniq; ex parte beati, qui-  
 bus contigit caelestia sapere, et in ipsa terra terrae tamen obliuisci,  
 eumq; sibi aeternum parere; quorum nomina fama benignior, atq;  
 clementior monumentis nunquam cognituris interitum consecra-  
 bit. In hunc te refero numerum (PRAESES optime, ac Reuerendis.  
 PRAESVL) qui nihil aliud ab ineunte aetate cogitasti, nisi illud  
 unum, quo potissimum pacto gloriam a maioribus partam, tibiq;  
 hereditatis relictam nomine integram tuereris, atq; seruares, ser-  
 uumq; tectum te ipsum praestares, iter tibi faciens ad sidera. Nec  
 arbitreris obsecro me tibi adulari instituisse, quod unum ego iu-  
 dicium scelestissimum puto, a quo maximè abhorreo natura. Sed  
 hoc ausum affirmare neminem incorrupto iudicio me conuenisse,  
 quin toto pectore in hanc meam transfret sententiam, teq; omniu  
 uirtutum genere ornatissimum predicaret, qui florentissima  
 ortus familia in opulenta satis re, et antequam studiis adhibui-  
 sti diligentiae, ut intelligi facile posset, omnia te tua in uirtute posi-  
 ta semper existimasse, Fortuneq; dotes, & quae uulgo bona cen-  
 sentur penitus contempsisse. Possem, & libenter quidem efficerem  
 tua gesta percurrere; sed Bononiensis administrata Prouincia  
 ad se me reuocat, neq; digredi patitur antequam tuam singularem  
 iustitiam, fidem, integritatem, pietatem in administranda Rep.  
 commemorem. quod tantum flumen ingenii, quae tanta dicendi  
 copia, quae uis, quae ubertas, qui candor tuas laudes persequi pote-  
 rit oratione? Nam ut mittam ciuitatem omnium clarissimam  
 Bononiam



Bononiam disciplinarum altricem, alteram Atheniensium urbem, à te ornata, excultaque, ædificiis, ut de pulcherrimo Gymnasio te Authore, atque Principe nihil dicam ædificato, quò gentes omnes tanquam ad emporium locupletissimum, artiumque bonarum mercatum confluant, ut Concamerata Prætorii taceam ædificia tuum posteris testatura nomen, ut perfectum, absolutumque Sacellum, perenni que Fonte iam propemodum decoratum forum, ut hæc inquam omnia silentio transigam. nihil enim uulgare, nihil quod alii præstare potuerint te delectat, ad ea que me transferam, quæ maioris sunt Theatri. Vitam, iterum dico uitam ciuium, coniugum, ac liberorum, agrestiumque uniuersorum tibi ciuitas, agerque debet Bononiensis. cum enim annona laboraretur alterum iam annum, nec penuria, sed plane fames timeretur, uictum omnibus, salutemque tua industria, prudentia, magnitudine animi confecisti, Diuinumque bonum opitulante Numine largiri mortalibus potuisti. Certè si ea uixisses ætate, qua de reliquis hominibus benemeritis *Diuinis* uenerabantur honoribus apud Herculem, Liberumque patrem, quos uetustas beneuolentia, fama que ad cælum extulit iam collocatus esses. tu tamen nihil postcis, nihil optas, quod Christianum non deceat Antistitem. Sed quod ego Diu boni saxum uoluo? quò progredior? cedam, cedam ego sanè tuarum laudum magnitudini, meque ad mea tempora conuertam, qui me tibi omnia debere fateor. Nam cum Bononiam accessissem Tridentum petiturus, ut tantorum Patrum Conuentum, ut sacra illa Christiani nominis comitia spectarem, maximeque fruerer cum uoluptate, tum etiam præstantissima gratia. quidam me

cum

cum egerunt optimum factu fore si Bononiæ subsisterem, si literas profiterer mansuetiores, libero digniores homine, quas uocant humaniores. allucinatus sum nescio quo pacto et ciuitatis nomine, & Academiae uetustate simul, ac nobilitate, nescio an sequutus umbram, an rem ipsam animo uidear concepisse. Assensus sum tamen, iterq̄, ceptum, quod mihi honori maximo futurum credideram omnino deposui. ecce nouum, in speratumq̄, malum, suboritur atra tempestas, repletur nubibus aer, parumq̄, absuit quo minus fulmine afflaret. actum de honore nostro uidebatur, dignitas minabatur ruina, omnium annorum gloria puncto temporis interibat. Tu uerò uelut caelo demissus subleuasti cadentem, destitutum fouisti, dedisti operam, ut nostra dignitas omni labe seruarietur, custodireturq̄, purgata. Quando tibi ego gratiam referam? Quando tantam cumulabo liberalitatem? Quando tuis tantis par ero beneficiis? uita me certè prius deficiet quàm fides, gratiamq̄, quam referre non licet semper habebō. etenim scio habenda gratia referri. Cumq̄, aliquod hoc tempore pignus meae in te singularis obseruantiae tibi tradere constituissem, quod meum restaretur obsequium, excursions quasdam non satis illas quidem politas, sed quae tenuem nostram praeferant officinam in alteram de Iuris origine legem, cuius fertur Pomponius auctor Iureconsultus, dicare tibi decreui, quas si tibi gratas sensero, si placere cognouero (Pater Amplissime) uiribus augebor, conaborq̄, maiora, quae tuis accedent titulis, ut tui nominis claritate defensa, securius edantur; sed iam plura recusat epistola, iam satis debacchati sumus, uel nobis ipsis uidemur. sit igitur finis. Vale PRAESVL  
 Clarif-

Clarissime, ac Reuerendissime, nostramq̄ amplectere Cecita-  
tem, tibi nullo non tempore deditam, atque deuinctam.

DEVS interim Opt. Max. te quàm diutissimè  
seruet incolumen, honoribusq̄ amplifi-  
catum ad summam prouehat di-  
gnitatem, & gloriam.

Iterum Vale.



**F**ORTUNA *Cæcum cæca Plutum ducere*  
*Consueta, cæcorum in domos, & diuitum*  
*Nunc ecce formamq̃, & habitum uiri gerens,*  
*Pluto relicto, Virgines Libethridas,*  
*Phæbumq̃, Suadam, & Pallada, & Cyllenium*  
**BONONIAM** *reduxit; unde cesserant.*  
*Sic ecce tandem, ad te, ecce docta FELSINA*  
**VENTURA** *uenit, illa iam felicitas.*

*Inuentus ò sacris initiata studiis*  
*Felicitate perfruare tradita,*  
*Nunc læta Cæcum diligens ama, foue,*  
*Complettere, obserua, cole, orna, & adiuua,*  
*Ducemq̃, sequere. Nanq; perspicacior*  
*Argoq̃, Lynceoq̃, recto tramite*  
*Te ducet optatam cito ad metam pede.*

## EIVSDEM AD LECTOREM.

**Q**UOD *tibi conscriptum de Iuris origine Cæcus*  
*Dat Ventura, lubens perlege Lector opus:*  
*Vnde Magistratus poteris cognoscere priscos:*  
*Qui populis quondam iura dedere suis.*  
*Hac in parte uidet multum Pomponius, At si*  
*Tu uideas, Cæcum plura uidere putes.*

IN LEGEM II. DE ORIGINE IURIS  
PRÆFATIO.



**O**MNES homines (ut ego mihi quidem persuadeo) queis non frustra tributa est ratio, queis ut suis anima nō est data pro sale, omnes inquam homines tanto nomine dignos omni studio, summaq; conari decet ope, ut corporum penitus obliti iā hinc cœlestia sapiant, diuina curent, meditentur æterna, relictisq; terrenæ molis impedimentis sese quantum hominī liceat, efferant ad Deum, quod ego uerè puto philosophari. Tantum enim abest, ut animus terrena labe pollutus se conferat ad philosophandum, ut nihil existimetur clarissimorum uirorum sententia philosophiam æquè respuere, tantopere abhominari. quamobrem uerus utiq; philosophus tantū corpori tribuet, quantum desiderare uideatur natura, quicquid reliquum erit (erit autem sanè plurimum) ad mētis cultum accommodabit, seq; diuino præditum animo sentiens Deum efficiet inter homines, cœlestiæ genium, natum ut fortunam uincat, conterat uitia, diuina iura, legesq; custodiat, extollat, efferatq; uirtutem, nec se patiatur mortalium illecebris contaminari. Hunc

**B** ego

ego uerum appellō philosophum signum attollen-  
 tem, quod qui sequantur perfuncti uita uel heroes,  
 uel certè indigetes in Deorum cœtum meritò, colle-  
 giumq; referantur, qui si rebus publicis præficiantur  
 fruētes adhuc luce mortali, beatissimas efficiant ci-  
 uitates. Etenim cum homines sint, humana superant  
 ingenia, quos utinam quàmfacile prædicamus imite-  
 mur. Scio equidem paucos admodum esse, qui hoc  
 itinere contendant in cœlum, qui hanc uelint ire uia,  
 rara tamē uniuersa sunt bona, plurisq; fiunt quò sunt  
 rariora : sed quò sum ego progressus ? quodnam ge-  
 nus hominum cœpi tractare ? non meum, non in quã  
 meum est opus, refugit mentis imbecillitatem, exi-  
 guasq; uires clarissimorum uirorum, uel numinum  
 potius singularis dignitas, summaq; maiestas; hebe-  
 scunt oculi tanti luminis splendore confusi. Quare  
 contrahenda sunt uela, oratioq; ad id, quod institui-  
 mus conseruanda. Maximum ego sanè diuinorū ope-  
 rum cœlum existimo, quod omni ex parte perfe-  
 ctum, omnibusq; (ut sic dixerim) numeris absolutū,  
 opificis testatur sapiētiam incredibilem, quam sequi  
 conantur hi, quos paulò ante laudabam philosophi.  
 sed in hoc opere uniuerso nihil est (nisi fallor) quod  
 si diligentius, accuratiusq; spectes te magis moueat,  
 quam lex illa legum omniū parens, qua cuncta con-  
 stant, qua, ut laudatus inquit Poeta, uiget concordia  
 discors.

*discors* : Quid enim obsecro potest admirabilius  
 cerni, quàm fœdus illud, quo neſtuntur mutuo con-  
 traria uinculo, cumq; ſeruant ordinem, quem conci-  
 pere potius animo poſſis, quàm explicare. hanc legē  
 ſanctiſſimam, legum omnium authorem fuiſſe credi  
 par eſt, nullamq; legem exiſtimādum omnino, quam  
 non genuerit *lex illa procreatrix, productrixq; cæte-  
 rarum*. unde illud certè palam eſt *iuſtitia uacātem*,  
 legem non eſſe cenſendam : cum ex Dei maximi gre-  
 mio leges hominibus credantur exhibitæ, urbium  
 tuendarum gratia, humanæq; ſocietatis ad terrā de-  
 miſſæ. quò fit, ut ab ipſo numine deficere uideatur,  
 qui legum uel iuſſis non obtemperauerit, uel institu-  
 tis. etenim ſi iuxta ſententiam Empedoclis lite tolle-  
 retur concordia, omnia puncto temporis interirent,  
 ſublata lege, qua potiſſimum hæc machina continer-  
 tur, nec ciuitates quidem conſiſtere poſſunt ſi legi-  
 bus refragentur homines. cum igitur uim legum,  
 atq; magnitudinem animo mecum ipſe reuoluerē,  
 legemq; meminiſſem in comune, mediumq;, quod  
 quiſq; poſſet conferre iubentem, ſeq; inuicem iuuare  
 præcipientem. mihi quoq; agendum aliquid ra-  
 tus legem alterā quæ tit. De Romani iuris orig. clau-  
 ditur, nè a lege, uidelicet diſcederē exponendā, enar-  
 randamq; ſuſcepi. quem laborem inutilem pleriq;  
 putabunt, cum eam ipſam legem ante me diuinitus

explicauerint multi, qui si eam nobis conditionem  
 statuunt, ut nihil quod ab aliis actum sit efficiamus,  
 nullum agendi locum nobis omnino reliquunt.  
 Quis enim censuerit in tanta seculorum serie, tot  
 ætatibus, in tanta ornatissimorum hominum uberta  
 te, quantam superiora tēpora prodiderunt, fingi sal  
 tem aliquid posse, quod actum ante non fuerit? qua  
 re quo loco uelint hanc nostram collocent operam,  
 non enim id molimur, ut gloriam insectemur alie  
 nam, sed ut pro parte muneris nostro satisfaciamus,  
 nec perpetuo marcescamus otio. quare uel extremo  
 contenti gradu non parum profecisse iudicabimus,  
 si modò in aliquo fuerimus numero, nec dedignabi  
 tur lector egregius iudicium rerum uarietate com  
 paraturus nostrum hoc, quicquid fuerit adiungere  
 melioribus, potioribus aggregare. sed iam nimium  
 multa nobis ipsis elocuti uidemur: itaq; col  
 lato pede ad rem ipsam accedamus, le  
 gisq; aggrediamur expositionem,  
 si quædam prius, quæ magis  
 perspicua Iureconsulti  
 reddat elogia pro  
 posuerimus.



# Libri Primi Catalexeos in LEGEM II. DE ORIGINE IVRIS

## EXCURSIO PRIMA.



**E**XPLICATURIS igitur nobis quid, quantumq; complecti potuerimus, atq; intelligere de altera lege, quæ est sub titulo de origine iuris, optimum factu videtur, si priusquam ad literam accesserimus, ipsius tituli expo-

suerimus quoddam quasi cognomen, nostri Rubricam appellant; à connexionione, conjunctioneq; sumpto principio: sic enim receptum consuetudine videmus. Tribus igitur modis carètia corpore, & quæ sola mente percipiuntur. coniungi mihi posse videtur. Primo quæadmodû generibus cõtunguntur, copulanturq; formæ. Est enim series quædam, quæ à genere trahens principium, ad ultimasq; perueniēs formas, ibi finitur. Etenim singularia cum successione saltē, vt philosophis placet adepta sint infinitatem, sub scientiam sanè non cadunt. Sciētia igitur ultimis definitur formis, quas vulgato nomine indiuiduas species, idest singularibus proximas cõsueuimus appellare; hæ autem siue species, siue formæ sub aliquo genere

genere claudantur. itaq; series est certa à generibus  
 ad infimas formas, & à formis postremis ascenditur  
 ad suprema usq; genera; non tamen eadem ratione  
 inter se, atq; generi iunguntur species, qua toti par-  
 tes, propterea quòd partes totius nomen nō assequū-  
 tur, formæ verò, & generis naturam, & cognomina-  
 tionem, quæ κατηγορίαι Græcè, nostris prædicatio dici-  
 tur, consequuntur. Afferimus enim tam ius publicū,  
 quàm priuatum, naturæ præterea, gentium, & ciui-  
 le iuris nomine pronounciari, ut Vlpianus l. prima. ff.  
 de iustitia, & iure. §. Huius studii. vnde naturam gene-  
 ris formis inesse constat. Alterum est cōnexionis ge-  
 nus, quando imagines imaginibus, affectionibus iun-  
 guntur affectiones; qua cōiunctione diuinis iūgun-  
 tur humana, inferioribus superiora nectuntur. Sic &  
 amicitia, & cognatione, propinquitatē iunctos di-  
 cimus homines; quam seriem seruata à primo mor-  
 talium ortu sanè videmus. Est enim cognatio maio-  
 rum quædam imago, quæ animo potius, quàm cor-  
 pore retinetur; idem de amicitia dicas: iūgitur enim  
 amicus amici formæ, quam clausam animo tuetur,  
 atq; defendit. Ratio verò tertia connexionis est cū  
 materiis iungūtur materiæ, de quibus uel sermo in-  
 stituitur, uel disputatio. quam copulam continuatio-  
 nem nostrates Iurisperiti nescio quàm rectè, quamq;  
 propriè soliti sunt uocare. Hanc quærimus, hæc no-  
 bis

bis tractanda videtur, quam in tradendo iure sequē-  
dam & Imperator putat, & Iureconfulti, quorum au-  
thoritas comparatur l.ii. ff. de statu hominum, ipsoq;  
uestibulo Instit. de leg. non tamen semper res pati-  
tur argumenta, de quibus est differendum, inter se  
copulari. dāda nihilominus est opera vt quo ad eius  
fieri possit copulentur, atq; cohæreant. Cum igitur  
superiore tit. de iure, iurisq; partibus, deq; iustitia  
fuerit disputatum, cōsequi videtur vt iuris exprima-  
tur origo. Sic enim & utilitas tractationis eius faci-  
lius cognoscetur, & homines libentius operam iuri  
dabunt, cum originibus cognitis iuris dignitatem,  
authoritatemq; perspexerint. Et quoniam (vt Aristo-  
teli placet) qui res iudicant animatæ sunt leges, om-  
nesq; magistratus uim aliquam iudicii uidentur obti-  
nere. imperium enim iudicium est quoddam, meri-  
tò magistratuum quoq; origo proponitur. illud ve-  
rò nemo negauerit bonam, magnamq; iuris partem  
authoritate prudentium sustineri: quare non ab re  
prudentium quoq; successio iuris cōiungitur ortui.  
Sed quæret aliquis cum ius sit uarium, & multiplex,  
cuius nam iuris hoc loco quærat origo. Constatq;  
ciuilis iuris originem demonstrari, & eius quidē Ro-  
mani, quod propter imperii magnitudinem, urbisq;  
maiestatem longè, lateq; propagatum est. ex his illud  
quoq; animaduertatur oportet magistratus explica-

ri Romanos, Romanorumq; Iureconsultorum nobis successionem indicari. Et quia altera lege huiusce tituli hæc quæ diximus leguntur omnia, eã quam paucis fieri poterit excurremus; si prius iuris originem altius repetuerimus ab ipsis scilicet incunabulis principium sumentes, quod non inutile fore credimus, ut intelligatur omnia penitus interitura nisi ui iuris, maiestateq; regantur. sed cominus ad rē ipsam accedamus.

IURIS VNIVERSI ORIGO. EXCVR. II.

**I**URIS originem si quis ab ultimo repetat, referet (ut opinor) ad Deum opt. max. unde cum cætera bona, tum ius ipsum ortum traxisse uidetur. quam obrem Heraclitus in eo libro, quem uel mysticam, uel occultam inscripsit Philosophiam, quem etiam apud Ephesiam traditur deposuisse Dianam, scriptũ reliquit ius ipsum esse Deum. nam licet neq; æqualis sit, neq; inæqualis: hæc enim de his maximè dicuntur, quæ pluribus constant, suntq; commixta: oportet enim æquale alicui æquari, & in æquale uel superare aliquid, uel ab altero superari, est tamen ipsa æqualitas Deus simplicissimus, atq; purissimus fons omnis æqualitatis, atq; adeo inæqualitatis. nam licet ipse physicæ sit expers magnitudinis omnem tamen ui, uirtute, potestate largitur magnitudinem. Cum  
igitur

igitur ipsa sit quem admodum dicebamus æquabili-  
 tas; ipsum quoque ius dicitur esse, quod quidem æqua-  
 bilitate maxime censetur. intelligo cum is ipsum di-  
 eo perfectissimam illam iuris notionem, quam Græ-  
 ci uocant *ἰσότης*. Egoque sic *ἰσότης* dico, uel *ἰσότης*  
 quemadmodum *αὐτοῦ ἄγαθῶν*, uel *τῶν ἀγαθῶν*, cetera uero  
 uel iuris, uel boni appellantur. communionem. hanc  
 sententiam probare mihi uidentur. *Μποῦαντις* l. prima  
 ff. de Iust. & iure initio legis, ubi *Ἱερεῖς* ait esse  
 Iureconsultos, quod certe non diceret, nisi a Deo ius  
 ductum esse putaret, cui potissimum Sacerdotes dican-  
 tur. Sūt qui dicant a Deo quidem ipso ius esse du-  
 ctum, propterea quod in orbe condendo certum ius  
 dixit, quo constaret machina concors diuersis partibus,  
 discordibusque coniecta, iuxta mysticam Salomonis  
 sententiam de sapientia loquentis diuina, Quando  
 preparabat colū ad terram, quando uertit legem, & *Ἰσὺ*  
*ῥο ἄλλοι ἀβύσσος*. Ius enim uel *ἰσότης* sapientia est, uel non  
 certe sine sapientia. Cicero in his, quæ de legibus con-  
 scripsit, iuris originem naturam tribuisse uidetur. opi-  
 nor eum ita sensisse, uim quandam esse naturam per  
 cuncta vagantem, regentem uarietas, curantemque; ut  
 singula consistenter ac permanenter. Itaque certum  
 ius a natura tradit ortum, inde cetera nata sunt iura.  
 Illud enim in alterum non contuleris, quod tibi fieri  
 recuses, maximū naturæ uinculum uideretur habere.

C

Itaque

Itaq; et qui perperam, maleq; viuunt naturæ dicuntur aduersari, quæ legem rectè uiuendi hominibus sanxit. mihi quidem superior sententia placet: est. n. Dei opificium natura, à Deo cepit quod habet, inde omnis manat iustitia. Vnde ius tractum putatur, ut l. prima. ff. de iustitia, & iure ipso legis uestibulo. Itaq; quæ à Deo sunt, maximè sunt iusta, cum ipsa sit numen iustitia. Iustitiam autem eam appello, vnde ius diximus ortum esse, de qua latius est explicandum.

## DE IUSTITIA.

## EXCVR. III.

**I**USTITIAM duobus modis Aristoteles accipit tradit, Ethicorum volum. quinto. nam aut ea iustitia est, qua uirtutes intelliguntur uniuersæ, atq; in hac significatione idem erit quidem dicere iustitiã, atq; uirtutem, duob; cõuertentur hæc nomina, vnũ, idemq; significantia. Vnde sumpsisse creduntur Stoici unam uirtutem habere nomen posse, qui nõ habeat omnes; intelligentes uidelicet omnium unam Ideam esse uirtutum, quam iustitiam rectè possumus appellare. Sed in hominibus quidem difficile dictu est hanc esse uirtutum coniunctionem, quam Græcè possumus *ἡνωμένης* appellare in Deo certè sic cõstat uirtutes esse, ut sit ipse uirtutes omnes, si modo dari nobis sic licitum est. Altero modo iustitia uirtus quædam est, uirtutisq; forma, quam ita opinor posse describi,

describi, ut sit iustitia æquabilitas dantis, atq; accipientis. hanc Aristoteles ciuilem appellat iustitiam, quoniam æquabilitate societatem tuetur humanã, ciuitates defendit, efficitq; ut humana feruentur cõmercia, omnesq; affert utilitates, quas Hermogenianus commemorat l. ex eodem iure gentium. ff. Item de iusti. & iur. tota lege. Verum æquabilitatem constat esse duplicem: altera enim est, quæ dicitur Arithmetica, hæc numero continetur, ut si decem acceperis, totidem reddito: altera Geometrica, quæ proportionem fit, ut tantum quis accipiat, quantum sibi debeatur. vnde si huic dederò decem, illi uerò septẽ, iustitiæ munus expleuero, suum utriq; tribuẽs, quæ admodum copiosiore alteri cibũ dabo: alteri uero strictiorem, utriusq; naturæ seruiens, nec alterutri faciam iniuriam. Hæc igitur æquabilitas proportionem constituta iustitiam facit eam, qua de nobis est sermo. Quam Ulpianus l. Iustitia. ff. eodem describens, ait, Iustitia est constans, & perpetua uoluntas ius suũ unicuiq; tribuens. Quo loco falli mihi uidentur, qui putant diuinam à Iureconsulto definitam esse iustitiam; non enim decet humanum ius explanaturum diuinam, quæ sciri non potest, de finire iustitiam. Præterea ius quoq; diuinum oportuerat definiri, quod uel Deus ipse est ius summum, maximaq; iustitia, uel ius potius ipsum, ipsaq; iustitia, quod quidẽ finiri nul

la ratione potest. Quis enim numē illud immēnsū  
 uel finiat, uel describat? uel ius certē fuerit, quod ab  
 ipso numine prodit; hoc autem incognitum huma-  
 nis mentibus esse patet. Jam enim primum omniū  
 nihil à nobis accipit Deus, cuius nutui, atq; potestate  
 subiiciuntur omnia, donat autem ipse, quicquid ha-  
 bemus: Cumq; ius maximum sit, ut dicebamus lar-  
 gitur iustissime. Vnde quod apud homines iniustū  
 aliquando uideatur, id apud Deum censetur ius-  
 tum. Potunt ab Aegyptiis, Hebræi argentum mu-  
 tuum, suppellectilisq; genus omne ad apparatus sa-  
 crificii, idq; secum auferunt. Reclamarent humana  
 iura, imperauit tamen Deus, cui nihil est alienum,  
 quod sanè docet Euangelicū illud patrisfamilias elo-  
 gium, qui denarium tam primis, quam ultimis repen-  
 dit operis, quærentiq; respondit uni, licet mihi face-  
 re quod lubet, quippe qui libero munere dono mor-  
 tales. Constat igitur diuinum ius rectè non posse fi-  
 niri, nisi fortè dicatur id, quod à Deo præceptum im-  
 peratumq; sit ius esse diuinum, fatebor tamē Deum  
 Opt. Max. suum ius unicuiq; tribuere, hoc est omni-  
 bus pro dignitate consulere, hoc tamen contendam  
 ius, quod in Deo est, quod uē à Deo sine interuallo  
 progreditur uelle finitione complecti audacissimū  
 esse. nam quod aiūt nihil constans, nihil perpetuum  
 in hac xui breuis uita consistere, si de uera constan-  
 tia,



tia, æternitateq; loquantur nemo negat: fm putant:  
 nullam constantiam penitus in homine reperiri fal-  
 luntur. Est enim constantia uirtus à iustitia non alic-  
 na: perpetua uerò dicuntur, quæ eodem modo uel  
 sunt, uel fiunt quoad esse, fieri uel licet. Illud est præ-  
 terea in hac descriptione animaduertendum, quod  
 uoluntatem dicit esse iustitiam. Palam est autem phi-  
 losophos omnes, uel scientias existimare uirtutes,  
 quemadmodum de Socrate proditum est memoria,  
 uel habitus, ut Peripatetici sentiunt; uoluntatem ne-  
 mo dixerit esse uirtutem. Quo igitur pacto, quauis  
 ratione descriptionem tuebimur: nempe si dicamus  
 geminam esse uoluntatem, præuenientem alteram,  
 alteram consequentem. Præuenientem dicamus illam,  
 quæ pro rerum concursione, uarietateq; muta-  
 tur frequentius in dies. Consequentem uerò illam  
 asseremus, quæ confirmata habitum quendam expe-  
 tendorum bonorum confirmat in animis, quam in-  
 telligit Iureconsultus. Satius tamen fuerat habitum  
 dicere, quam uoluntatem. uoco autem habitum,  
 quem *ἔθος* appellant Græci, sed in re uideor mihi ni-  
 mius uel perspicua, uel certè non admodum dubia,  
 itaq; iustitia iam diuidatur: altera est enim, quæ pœ-  
 nis malos coercet: altera quæ præmiis exornat, alli-  
 citq; bonos, utriusq; meminit Ulpianus l. prima. ff. de  
 iusti. & iure, initio legis his fermè uerbis bonos non  
 solum

solum metu pœnæ, sed etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes. vnde constat non solum iustitiam bonos conseruare sui muneris, officiiq; putare, sed etiam malos ad uirtutem reducere, uel pœnarum metu, uel adhortatione præmiorû, constat etiã medium quoddam esse iustitiam, unde & *Δικασιον* iustum, & *Δικαστις* iudicem appellamus. sed de iustitia sic hæcenus excursum. ad ius reuertamur, quod à iustitia originem ducere professi sumus.

DESCRIPTIO IURIS.

EXCVR. IIII.

**C**ELSVS Iureconsultus ius artem boni, & æqui definiebat, interpretans uidelicet, ius ipsam disciplinam legalis philosophiæ. Verùm ius ipsum si quis definire uelit non artem dixerit, sed uim potius uel authoritatem, quam quis in aliquam rē habeat. id enim habere quis iuris rectè dicitur, quod iuste poterit adipisci. Verùm propriè definire ius nequeas nisi diuidas, quod quidem in uaria significantibus nominibus usu uenire consueuit. Itaq; si ius diuiseris, definitionis (ut arbitror) non egebis. diuidamus ius igitur primum in diuinum, & humanum. Diuinum ius aut in Deo est ipso, uel potius ipse Deus, definiturq; singulari amore, incredibili bonitate, summa clementia, eximia liberalitate, qua Deus omnia bona largitur hominibus, hominum erga Deum  
religione,

religione, pietateq; describitur. Est autē religio obseruantia, cultusq; diuinus. nam ea religiosa dicuntur, quæ superis sunt dicata, uel quòd relinquuntur numini, uel quòd frequentius legantur à relegendo dicta. Existimat enim Cicero eos, qui frequenter diuina legerent, à relegendo dictos religiosos, eratq; apud ueteres prouerbiū religentem esse me uolo, religiosum nolo, quod ostendit religiosum anceps esse nomen, atq; in utramq; accipi posse partem. Est uerò pietas affectio, amor, & cognitio diuinæ magnitudinis, quæ si uultu læditur erga parentes, quid erga Deum cogitare nos decet? sed hoc ius & colatur diligentissimè, & à sacerdotibus, theologisq; petatur, quorum est officium ius interpretari diuinum. Humanum uerò ius notissima sectione diuiditur, in naturæ, gentium, singularumq; ciuitatum, quod ciuile consueuimus uocitare. Docet enim natura ius terrarum animantes omnes, quod sequuntur, ac tenent; unde à natura tributum, naturæ quoq; ius dicitur, quod autē omnes homines acceperunt, seruadumq; eluxerunt, *gentium* ius appellatur. Ciuile uerò, quod singulæ sibi ciuitates constituerunt, quod etiam diuidunt in publicum, & priuatum. ut sit publicum, quod ad publicam rem tuendam, utilitatemq; pertinet, priuatum quod ad priuatorum spectat cōmercia, contractus, utilitates. Ambas has iuris formas Ulpianus

pianus studii legalis positiones appellat; l. prima. §.  
 Huius studii. ff. item de iust. & iur. Diuiditur etiam  
 in sententias consulta, leges, plebis scita, decreta prin-  
 cipum, prudentium responsa; de quibus suo loco di-  
 scemus. Paulus etiam l. ius pluribus, initio legis, ius ho-  
 norarium addit, quod pratorium est, quod explica-  
 bitur etiam alibi. Idem d. l. §. Alia significatione locum  
 in quo ius dicitur tradit ius appellari, ut ab eo, quod  
 dicitur locus, in quo dicitur nomen accipiat. His fer-  
 me diuisionibus ius diuidi cernimus, descriptionem  
 uero iuris formas complectentem omnes difficile re-  
 periemus, quod in his experimur nominibus, ut pau-  
 lo supra dicebamus, quae uaria significare traduntur.  
 unde longa disputatione quaerit Aristoteles primo  
 sermone de anima omnibus uel partibus, uel formis,  
 uel potestatibus animi aptam, idoneamque descrip-  
 tionem, uixque tandem per ea, quae Graeci ~~uocant~~ nobis  
 accidentia dicuntur ad suam, accedit ~~etiam~~ ~~diffi-~~  
 cilius autem in iure describendo uenturabimur, quod  
 & ipsum constat certum genus non habere, ad quod  
 referatur. unde qui genus dicunt ~~enunciant~~ quod nos  
 etiam supra tradidimus minime descriperint, nisi  
 uel habitum, uel qualitatem dicant, quae descriptio  
 altius admodum repetetur. Sed de iuris diuisioni-  
 bus, quoniam in promptu sunt omnibus, satis dictum  
 uidetur. reliqua percurramus.

DE LEGE ET LEGISLATORE. EXCUR. V.

**M**ERITO eum docet, qui de iure disputat, de lege quoque tractare. Est enim lex iuris interpretatio; quod enim iustum est, id lege sancitur, & ut optime videretur existimare. Illud, quae iusta non est, lex non est appellanda. Unde palam est tyrannorum decreta leges non esse, neque censendas esse leges, quas populi principes, vel male persuasi ferunt, vel propria, non communem utilitatem respicientes. Itaque Lycurgi leges tota terrarum orbe celeberrimae, a quibusdam reprehenduntur, quod nihil praeter laetamque nobis utilitatem spectare videantur, itaque fani penes Spartani, quae patriae putauerunt vitia, & honesta, & legitima iudicauerunt. Videtur tamen Lycurgus duo legum genera prouidisse; Alterum quod communem omnium hominum utilitatem; Alterum quod singularem civitatum tractaret commoda. Superior illud Deum Opti. Max. curare, qui omnibus consulit mortalibus, hominumque utilitati prospicit; satis enim homini fore si reipublice, quae vitia fuerint absoluerit, legumque complexus corpore fuerit, quem legum datorem exactum videtur Lycurgus existimasse. Illud autem in controversiam venit, sitne aliquid vitium omnino putandum, quod idem non sit honestum. Sed non est huius loci, nec proposita

D nobis

nobis rationis hæc disputatio. Dicemus tamen inter maximos conuenire philosophos, neq; honestatem, vtilitate carere, nec vtilitatem honestate. Vulgo tamen homines vel praua opinione ducti, vel consuetudinis errore decepti vtile separant ab honesto. Sed ad ea veniamus, quæ nostri sunt operis. Dicebamus enim oportere leges quæ iusta sunt interpretari, quippe quæ ab ipso iure ducuntur, quam ob causam memoriæ prodidit Plato. leges eas veras esse, quæ nunquam mutantur, quæ sint semper eadem, neque aut antiquentur vsu, aut perperam condita reperiantur, cuiusmodi & diuinæ leges sunt, & naturæ. Cur igitur quæret forsitan aliquis in omnibus, de quibus nosse aliquid possumus ciuitatibus, & cicero mutantur leges, & non temerè mutatae creduntur? Quoniã respondem potest omnia quæ ortur, atq; inseritui sunt obnoxia, necesse est interdum mutari. Ita fit, vt licet ius si apte natura sit vnum, eademq; leges existant, mutatis tamen hominibus, hominumq; rebus videatur esse mutatae. Quod ad se igitur attinet idem semper est ius. Mutari autem videtur propter nostrarum rerum varietatem, de his tamen alia disputandi est facultas, alia differendi ratio. Ius leges autem repertas ait esse Cicero, & æquabilitatis seruandæ gratia, & bonorum iustorumq; virorum inopia. Dum enim vir iustus fuit in singulis ciuitatibus contendēs inter

inter se multitudo æquabilitatis avida; ad illum unū confugiebat, eius unius rogebatur authoritate, quæ fuit origo regnorum. Verum posteaquam & boni deficere ceperunt, & ambitione, potiusquam iustitiæ regnari ceptum est, inuenta sunt leges, quæ & cum omnibus pariter loquerentur, & æquales, ac pares omnibus essent, eis ferendarum legum authoritate prædita, qui optimi iudicarentur. quam sententiã secutus Aristoteles, saluberrimū ait unius imperium, si quidem unus aliquis optimus reperitur, si plures, plurimum. Legem vero Cicero ait rectam esse rationem, a numinisq; Deorum tractam, iubentem honesta, prohibentem contraria. Papinianus vero libro primo definitionum, ut habetur l. 1. ff. de legib. senatusque consultis, sic legem definit. Lex est commune præceptum: virorum prudentium consultum: delictorum, quæ sponte, vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis rei publicæ sponso. Martianus autem lege 2. ff. eodem a Demosthene, & Chrysippo Stoicorum principe definitiones in hæc verba mutuat.

A Demosthene sic ex prioribus in Aristogitonem.

Νόμος ἐστὶν ὅταν ἅπαντες προσηκόντως διαπολλῶν, καὶ μάλιστα ἀπὸ πάντων ἐπιτόμος ὕψωμα μὲν καὶ δόξα καὶ βία, δόγμα δὲ φρονίμου ἀγλαῶτα, ἐπατόρθωμα δὲ τῶν ἐκείνων καὶ αἰσχίων ἀμαρτημάτων, πόλιος δὲ συνουσιακοῦ, καθ' ἣν πάντες προσκείνεται τῆ πόλει.

Hanc Budeus in hæc verba vertit.

D 2 Lex

Lex est, cui omnes homines decet obedire, cum propter multa, & varia; tñ maxime quia omnis lex est inventio quedam, & donũ Dei, decretum aut̃ hominũ sapientum, correctio autem voluntariorum, & non voluntariorum peccatorum, ciuitatis autem compositio communis, secundum quam omnes decet vivere, qui in ciuitate sunt. Sed & philosophus summus stoicæ sapientiæ Chrysippus sic incipit librum, quẽ fecit De legibus.

ὁ νόμος πάντων ἔστι θεοῦ, ἡ δὲ αἰσθητικὴ πρᾶξις ἀνθρώπων κατὰ τὸν νόμον ἐστὶν ἀρετή. ἡ δὲ ἀρετὴ ἐστὶν ἡ ἀναγκαῖα ἐπιτήδεια καὶ ἀσκήσεις καὶ ἀρχαὶ καὶ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἃ ἀναγκαῖα εἰσὶν ἵνα ἡ πόλις ἢ ἡ κοινὴ βίη ἴσῃ καὶ ἀσφαλὴς καὶ ἡμετέρα ἴσῃ.

Hanc Alciatus sic vertit.

Lex est omnium diuinarum, & humanarum rerũ regina. Oportet autem eam præsidere & bonis, & malis, & principem, & ducem esse, & secundum hoc regulam esse iustorum, & iniustorum, & eorum quas natura ciuilia sunt animantium: præceptrix quidem faciendorum, prohibetrix autem non faciendorum. Hanc legem propter eos qui Græce nesciunt vertere constituueramus, sed cum animaduertissemus clarissimos vertisse viros in eorum laborem non putauimus irrumpendum, fuimusq; contenti eorum explanatione. Longum esset omnes legum definitiones colligere, quarum quæ dicenda de legibus constituimus in pauca conferemus, dicemusq; legum

latores



latores Idam honesti, tanquam Helicem inter nauigandum spectare oportere, vnde quatuor fontes emanant, Iustitia, Prudentia, Fortitudo, Modestia, in quibus erudiendi sunt ciues, vitia legum latori & cognoscenda, & vitanda, docendiq; cauere ciues. denique cum legislatoris scopu volumus, vt quam optima fiant ciues, ad maximamq; vtilitatem, quæ honestati iuncta sit, quam maxime aspirent. Sed ad legem per quam excurrendum nobis liberius suscepimus initio nouo suscepto reuertendum videtur.

REIPUBLICÆ ROMANÆ BREVIS  
DESCRIPTIO. EXCVI. VI.

**A**D ea, quæ sumpsimus interpretanda maximè nobis videmur paraturi emolumentum, lucrumq; facturi, si paucis Romanam Rempublicam describerimus. Sic enim quæ ad magistratus, iuraq; pertinent, & quæ indagamus cetera facilius consequemur. Primum igitur Romana Respub. sub Regibus fuit, qui tamen non plenum, neq; perfectum uidentur imperium habuisse, nam & Senatum consulebant, & populum si Dionysio credimus Alicamassel curiatis cogebant comitiis. Ait enim Dionysius sacerdotes à curiis legifolitos, aliâq; pleraq; per curias fieri consueuisse. Certè Reges secundum Romanam populum creabat, & iudicia capitis creditur agitalle;

3. III

Marcus

Marcus enim Horatius, qui Curiacios occiderat trigeminos ex prouocatione, cum sororem peremisset ad populum certauit, estq; absolutus magis admiratione uirtutis, quam causæ merito, iuuit tamen magnopere Horatii patris sententia, qui iure casam filiam iudicauit, quod iudicium Tullo Hostilio regnante transactum est. Vnde colligi potest non absolutum imperium penes Reges fuisse, quibus exactis uariavit Respublica à Consulibus ad Tribunos militares consulari potestate creatos, priusq; ad decem uiros, quibus ferendarum legum tradita fuit potestas. Inde iterum ad Consules Dictatoribus interpositis, ut Reipub. & bellorum ratio postulare uidebatur. sed in uniuersum, & Polibio, & claris authoribus, qui sunt illū secuti, omnia ferè Reipublicæ administranda genera complexa Roma uidetur. Nam ut regium mittam dominatum, ut Principes, qui libertatem publicam oppresserunt, libera ciuitate *πολιτεία*, uel unius certè principatum Dictator *πρωτοκράτης* præfererat, cuius uitæ, necisq; tribuebatur in ciues, paucorum potentiam, siue *ἀριστοκρατία*, & Consules, & Tribuni plebis uidebantur referre. Optimatum uero dignitatē, siue *ἀριστοκρατία* tuebatur Senatus. Rempublicam, siue *πολιτεία* populus exercebat; quanquā popularis quidem potentia plura uidebantur esse genera: nam, & plebei magistratus erāt, ut Aediles plebis, atq; Tribuni, &

ni, & committis centuriatis, ita res tractabatur Romana, ut cum nemo uideretur exutus suffragio, ad ultimos tamen numq̄ ueniretur suffragatores. quæ res argumento est popularis Reipublicæ, in urbe, atq; eadem urbe plures extitisse formas, quod quidē ab Aristotelis traditione esse non uidetur alienum, qui quarto de Republica uolumine, popularem partitur statum, administrationemq; diuidit. Hæc autē Reipublicæ descriptio Romanæ, quàm habuerit utilitatem sequentia monstrabunt. Iam enim res, tempusq; postulat, ut ad Iureconsultum accedamus.

## EXCVR. VII.



**N**CESSARIUM itaq; nobis uidetur in primis ipsius iuris originē, atq; processum demonstrare. Et quidē initio ciuitatis nostræ populus sine certa lege, sine iure certo primum agere instituit, omniaq; manu Regis gubernabantur. Postea ~~autē~~ ad aliquem modum ciuitate, ipse Romulus traditur populū in triginta partes diuisisse. quas partes curias appellari, propterea quod tunc reip. curiam per sententias earum partium expe diebat. Et ita leges quasdam & ipse curiatas ad populum tulit, tulerunt & sequentes reges. quæ omnes cōscriptæ extant in libro Sexti Papyrii, qui fuit illis temporibus, quibus Demarati Corinthii filius, ex principibus iuris. Isq; liber (ut diximus) appellatur ius civile Papyrianum, non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit sed quod, leges sine ordine latas in unum composuit.

PRÆ-

**P**RÆDIXIMVS non iuris omnino, sed Romani iuris originem, atq; progressionem Iureconsultum tradere, instituisse. Itaq; necessarium sibi videri dicit, ipse iuris, & ortum, & processum explanare. Cum autem necessarium pluribus modis dicatur, videndum ante omnia censeo qua nam hoc loco vsurpetur significatione. Est igitur necessarium quod abesse non potest, quo minus existat, vel recta fiat, vnde numen aliquod esse necessarium profiteremur, cœlumq; moueri, atq; alterum alteri successurum, progigni. Est & necessarium quod licet non semper eadem ratione subsistat, aliquando tamen non subsistere minimè potest. Sic hyemem æstati necessario succedere dicere consueuimus, & dici noctem. Nec enim semper est æstas, nec nox item semper. Adhuc dicimus necessarium quicquid est quamdiu videlicet est: etenim qui sedet, antequàm se moueat, necessario sedere dicitur. præterea quod nobis contumacissimum est, necessarium appellamus. Itaq; quos atrocissimo uinculo coniunctos habemus, nobis dicimus necessarios. Necessarium etiam id appellatur, quod est vtile, atq; conducibile, qua in significatione necessarii nomine vtitur iureconsultus. Fieri enim potest, vt iuris ignorans originem profecerit nihilominus, sitq; peritus. sunt & alia necessitudinis genera, nam vel antecedere dicitur necessarium, uel consequi

sequi, uel absolutum quoddam necessarium nuncupatur, uel (ut sic dixerim) supposititium, cuiusmodi est, siquidem homo est peccet. oportet aliquando, morbis sit obnoxius, dolorē in uita ferat. Sed hæc necessitudinis genera ab hoc sermone sunt penitus aliena. Inquit igitur Pōponius utile sibi uideri iuris originem, *progresionemq; nosse incipitq;* id, quod pollicetur prosequi his uerbis. Et quidem initio ciuitatis nostræ populus, & *quæ deinceps sequuntur.* Ait igitur, urbem Romam cum primum condita est, sine certo iure, sine certa lege uixisse, oīa regia manu, id est authoritate, potestate, imperio gubernari cōfuisse, quod non potest non esse uerissimum. primū enim manus illa *pastorum, conuenarumq;* sub tutela inuiolati tēpli coacta rustica, atq; imperita, quæ iura constituere potuit? ueruntamen uti nullum certum ius habuisse populum initio crediderim, sic Romulum scopum habuisse, quo *gubernandi formam* traditurus uteretur, non dubito. Est enim Author Dionysius Romulum Numitoris aui consilio multa solitum administrare, & præclaras aliquot Albanorum familias Romulum in Coloniā secutas, unde potuit veteres latii leges, & discere, & si ita visū esset corrigere. Illud tamen certissimum est non diu Romam certo iure chruisse, quod ea potissimū ostendent, quæ post paulo tradentur. Hic autem Dionysius

E sius

frus seruium Tullum, qui sexto loco regnavit iudicia  
 priuata mandasse certis iudicibus, formulasq; iudicio  
 rum instituisse, qua de re paulo infra loquemur. Et  
 Romulus quidem ipse in curias triginta populum  
 diuisit, de quibus varie traditur; sunt enim qui di-  
 cant ante bellum, quod aduersus fabinos gestum  
 est institutas curias fuisse, in qua sententia videtur ef-  
 se Dionysius, sunt qui post ictū cum Tatio fœdus in-  
 stitutas curias affirmant, nominaq; fabinarum matro-  
 narum, quæ fœderis faciendi authores potissimum  
 fuerant imposita. Neque illud aduersatur, quòd plu-  
 res raptas constet fuisse fabinas, hoc enim vel honoris  
 dignitatiue earum, vel certè coniugum, vel familia-  
 rum, in quibus natæ forent, nobilitati putatur esse tri-  
 butum. dicuntur autem curiæ, à cura reip. admini-  
 strandæ, quòd curiatis comitiis populi sententiam  
 Romulus, cæteri q; reges ad Seruium vsque Tullum  
 exquirent. locus autem admonere videtur, vt de  
 Romano regno, deq; comitiorum ratione dicatur,  
 vt autem Romani Regni uis, atq; autoritas expona-  
 tur altius aliquanto regnandi genera sunt expedien-  
 da, verum enim regnum atq; legitimum iure optimo  
 existimat Aristoteles administrationis diuinæ, quam  
 similimum esse, vel inane certè nomen. Regna igitur,  
 aut omnem habebant autoritatem legibus sal-  
 uis, quibus & ipsi principes obtemperabant, vel cer-  
 tè sa-

re sacris præesse, ac bellis consueuere Reges, cæteri  
 abstinere negotiis, vel præsidere etiam populo, uel  
 senatui, decretaq; tueri; Ad hæc Barbari etiam Reges  
 nulla lege deuincti, arbitrato cuncta gubernant, poste  
 risq; Regnum relinquunt hæreditarium, eodẽ, quo  
 tenuerunt iure. In legitimis autem Regnis, plerumq;  
 hæreditate potestas traditur. Aliquando populorũ  
 delectu; quæ omnia alio nobis libro sunt latius expla  
 nata. Romulus igitur, post fratris cædem solus regno  
 potitus, primum per senatum, ac populum decerne  
 bat uniuersa. Post uero uictoriis elatus, cæteris incon  
 sultis sua sponte gerebat Rempublicam, quæ res ma  
 gnum Regi odium senatus conflauit; unde sunt qui  
 credant tempestatibus occasione discerptum a senatu  
 fuisse, subq; togis occultata membra. Post decessum  
 itaq; Romuli quoniam, sine mascula prole diẽ suum  
 obierat. Sunt enim qui foeminas aliquot reliquisse  
 memorie prodiderint, sunt qui omnino, sine prole  
 vita defunctum. Institutum est a patribus interre  
 gnum quod erat huiusmodi, ut centum patres in de  
 cem decurias diuisi sorte decuriam ducerent, quæ  
 Reipublicæ esset præfutura. Singuli in orbem rege  
 bant, unius cuiusq; quinto die finiebatur imperium.  
 Post diem autem quinquagesimum altera decuria suffi  
 ciebat prior, quæ ratio administranda ciuitatis an  
 nua fuit, obseruatumq; deinceps, ut quoties magi

stratibus careret Respublica coeuntes patricii proderent interregem, interregesue. Opinantur enim nonnulli primum interregem habere comitia non potuisse, & plerunque impredientibus Tribb. plura interregna prodibant, vt ad vndecimum interregem fit ventum aliquando. Habente igitur interrege comitia magistratus renunciabantur, idq; tempus ante nouorum creationem magistratum appellatum est interregnum. Sed populo Regem desiderante, constitutum est, vt Regem quidem populus ipse crearet, quæ tamen ita valeret creatio si patres auctores fierent; quæ res post exactos etiam Reges diu obseruata, factitataq; fuit, donec lege tribunitia cautum est, vt ante comitia in incertum euentum patres auctores fierent, id erat, vt quem populus magistratum crearet, ante quam renunciatus esset, patres probarent. Est autem ab omnibus obseruatum regibus, vt creati à populo, à patribus confirmati, captatis etiam auspiciis regnarent, vsq; ad Seruum Tullum, qui prius regno potitus est, quam beneficium acceperit à populo, q. paulò infra fiet apertius. Tarquinius uero, qui superbus cognominatus est, quiq; extremus Romæ regnauit, nec iussu populi Rex est creatus, nec auctoribus patribus, quippe qui rerum per vim potiebatur rex huius, quæ diximus illud sane patet non omnem auctoritatem penes reges Romæ fuisse cum & senatum

tum



tum consulerent, & populi sciscitaretur voluntatem. Apertius id facit Marci Horatii iudiciū, qui ex triginis supervit vnus, Romanosq; Albanorum auxilium imperio, is interfecta sorore in ius ad regem vocatus sententiam non tulit invidiam fugiente Rege. Itaq; duū viros dixit qui per duellionis Marco Horatio iudicium ferrent, à quibus cum illi quidem condemnassent ad populum provocatum est Tullio Hostilio auctore, Clemente vt inquit Livijs legis interprete; quo de iudicio supra nobis est etiam mentio facta. Lex autem, qua iudicabatur erat perduellionis in hanc ferme sententiam. Duumviri perduellionis iudicent, si damnatus fuerit, & ad populum provocaverit, provocatione certato. Supplicium autem damnati horrendo carmine cludebatur. Ilictor colligamans, caput obnubito, verberato, intra, vel extra pomerium arbori infœlici recte suspendito. hac lege damnatus à duumviris fuerat Horatius, qui ut nobis supra dictum est, & patris iudicio, & virtutis admiratione à populo fuit absolutus. Credo fauente etiam Hostilio, qui tum Roma regnabat. Huius legis auctor est Livijs. I. ab vrbe condita volumine, & Cicero in oratione, qua C. Rabirium perduellionis reum Consul defendit, accusante T. Labieno Tribuno Plebis, & quoniam perduellionis incidit mentio ad ea, qua dicta sunt adiciamus pauca. Perduellionē maiestatis

statis exercuerint iudicia. Illud dicam liberum populum Romanum mitissimum in suppliciis sumendis fuisse, nisi regni incidisset suspitio. Qui enim huius criminis esset conuictus de Tarpeia rupe deiciebatur, quod supplicium nè M. quidem Manlius effugit, qui capitolium seruauit à gallis iam propè captum, ideoq; capitolinus appellabatur. in cæteris uero delictis exilio mors uitabatur. etenim, ut Cicero scriptura reliquit in oratione, qua Balbum Cornelium defendit. Si damnati poenam legis subire uellent in ciuitate uel perirent, uel certè coerterentur. Ciuis enim Romanus soli mutatione amittebat ciuitatem, non tamen ante quam in eam quò uenerat esset acceptus. Quo loco, quoniam huc prouecti sumus illud etiam annotare libet, Cornelium nepotem in T. Attici uita controuersi iuris esse dixisse, posset nè ciuis Romanus alterius esse ciuitatis. Ciceronem uero locis pluribus aperte sentire Romanum ciuem alterius ciuitatis factum Romanam amittere, & hoc proprium ius esse Romanorum ciuium, quòd eò dictum est, ut omnes intelligant libertatem Romanam & de foro, & omnino de ciuitate carnificem, ac perduellionem pepulisse mitissimis contentam suppliciis, sed eò reuertamur, vnde huc peruenimus. Reges igitur & certis præerant sacris, & summum ius, summumq; imperium belli obtinebant, atq; de ciuium causis, vel cù

senatu,

senatu, vel cum primoribus civium cognoscebantur. Iuraq; dicebant privatis vsque ad Servium Tullum, quem supra meminimus privatarum controuersiarum certos iudices constituisse, uel quòd ipse sufficere non poterat, uel quòd hominibus gratius existimabat, magisq; populare, uel certè quòd uarietate rerum cogeretur diuersorum hominum explorare iudicia. Ac de regibus quidem hactenus; nunc de comitiis pauca post à regibus leges percurreremus institutas. Ego quidem comitia à coeundo dicta crediderim, quod uidelicet coiret populus. quãto uero in honore apud Romanos fuerint, uel illud est argumento, quòd haberi non poterant, id, quod inter omnes constat, nisi in augurato loco, quod templum appellabant. Itaq; & Martius Campus in auguratus erat, quod Cicero significat in l. Catilinam in senatu his ferme uerbis, non campus consularibus auspiciis consecratus, & in augurata rostra; *significauit uidelicet non sine Deorum metu ad publica accedendum esse.* Illud etiam ostendit quanta religione sint. culta comitia, quòd singulis diebus non habebantur, sed his duntaxat, qui dicebantur comitiales, quòd cogi populus posset, agiq; cum eo liceret. Comitiorum autem tria fuisse genera constat, Curiata, Centuriata, Tributa; nam quæ Calata uocant, à pontificum uocatione dicta, auctores classici comitia non putant. Fuerunt igitur

igitur curiata comitia, quibus reges populi sententiam scrutabantur, quibus etiam comitiis de capite iudicium erat, quibus absolutum diximus M. Horatium, quæ prima comitia de capite ciliis habita Cicero pro Milone tradit. An uero in unum locum curiæ uniuersæ coirent, suffragiaq; certo ordine ferrent, an singulis curiis distinctis locis suffragari liceret non satis planè traditur. Author est Dionysius singulis curiis certa loca distributa fuisse, ubi lares, fociq; curiæ cuiusque forent, unde crediderim curionum sacerdotium ortum. Illud certè inter authores non constat Curio maximus singulis nè curiis, an uniuersis vnus præfici solitus esset. Conlicio tamen unū, eundemq; præfectum. Stultum enim esset triginta maximoscurationes Romæ fuisse credi. Hæc tamen si quando de sacris, ut disseramus fors tulerit experiemur enarrare. Nunc ad comitia, de quibus agere cœperamus. Regibus igitur cæcis curiata, post centuriata fiebant, ut reprehendere populus posset, si quid superioribus comitiis peccatum esset. Postremo auspiciorum solum causa retenta, perq; triginta lictores adumbrata fuerunt, ut author est Cicero in oratione de lege agraria in Rullum ad quirites. Illud tamen obtinuit, nè sine curiata lege magistratui patritio rem militarem liceret attingere. Quamquam quidam putarunt in quodam prouinciarum genere curiata lege

opus

opus non esse consuli, quod in ea provincia auspicia non essent. Illud est verius, nunquam rem militarem non auspiciatorum curam, quare magistratibus omnibus patris curia lege utendum fuisse, quasi quodam bellorum auspicio. Sed ad Centuriata veniendum est. Centuriata comitia à Servio Tullo, qui sextus Romæ regnavit instituta dicuntur. Magnam sanè cum pacis, tum etiam belli & præsidium, & ornamentum reip. Nam cum ante id tempus utrimque suffragia ferrentur, nihilquæ inter divitem & pauperem, honoratum & inhonoratum interesset, prospexit Rex prudentissimus, ne quid dominanti respiceretur propter ordinum confusionem. Curavit igitur, ut tributorum onera, quibus pauperes præmebantur vertebantur ad ditites, & ut quibus conferenda pecunia potius adiciebatur, honos aliquis ad decurionum esse voluit, suffragandi præterea in constituit ut raro, vel certe nunquam ad exterrimos, nobis spectem veniretur. Mutatis sanè fuit ordo centuriarum crescente rep. eadem tamen persistit summa, idem ordo classium. Sunt qui dicant Tullo & ipsius infimæ generis hominem, & plebis quærentem curiam, gratiamque cupantem, quæ se iustitiam & ignara putabat, pauperibus consulere voluisse. Mihi quidem non ipsam respicitur personam, sed rei eventum, emolumentumque

F

mentumque

mentumq; consideranti, rexille videtur publice potius utilitatis rationem habuisse, quam suam. Nec tamen reprehendendum hominem puto, qui cum publicum commodum iunctum videret peculiari, sequatur utrumq;. Centuriarum tamen duplex est ratio, nam & cēturiæ dicuntur equitum, quæ institutæ à Romulo, à cæteris eisdem nominibus servatæ sunt regibus, Ramnenses, Titidenses, Luceres, Primos à Romulo, à Tatio Secundos, Tercios putat Livijs incognita causa nominari. Plutarchus, atque Dionysius à Luco Asyli, quod Romulus instituerat vocatos existimant. itaq; crediderim cum Pediano à numero equitum nomen accepisse centurias, equitesq; trecentos primis temporibus habuisse Romulum. Peditum quoque centuriones à numero dictos crediderim, Centuriæ vero, de quibus nunc agimus à censu sunt sicut dictæ. Tribus enim rebus distinguobantur, facultatibus, ætatibus, vnde et seniorum, & juniorum dicebantur centuriæ. Postremo armorum genere, quibus uti iubantur in bello. Nunc igitur ipsorum comitorum tradenda videtur ratio, atque institutio. Principio nihil à populo Romano non auspiciato incipiebatur. nam & ipse Romulus urbem auspiciato condidit, non is modo auspiciis, quæ simul cum fratre cepit, cum uter regnaret, urbiq; nomen daret centuriæ sed auspiciatus est etiam dimictenda urbe, murisq; locandis,

candis, statuitq; pomerium: itaq; capta à Gallis Ro-  
 ma, magnaq; ex parte cremata, lituus tamen Romuli,  
 quo inaugurari solitus erat, repertus inter ruera tra-  
 ditur intactus. Sed & Numa Pompilius, & ceteri re-  
 ges non ante regnare cœperunt, quam aures addixis-  
 sent, annuissentq; consulti superi. Inde mos ille pa-  
 trius fuit, ne quid non auspiciato gereretur. Addidit  
 honorem auspiciis, auguribusq; dignitatem Accius  
 Nauis, qui regnante prisco Tarquinio cotem disci-  
 dit in comitia nouacula. Itaque perpetuum id sacer-  
 dotium, publicumq; fuit, tantamq; vim habuit, ut  
 summi magistratus se plerumq; dignitatibus abdicar-  
 uerint, si vicio creatos augures pronunciaissent. Ple-  
 raq; etiam ne fierent prohibebant, obnunciâtes, seq;  
 de caelo seruisse testificantes. quanquam obnuncia-  
 tio & augurum, & magistratum communis erat.  
 Nam & Cōs. obnunciabant, ut Varroni Paulus apud  
 cannas, & inspiciendorum extorum ius, facultatemq;  
 obtinebant, quod etiam Cic. testatur 2. Philippica.  
 Sed ad comitia redeo. Et curia quidem ubi sanatus  
 habebatur templū erat, neque poterat agi cum pop-  
 uli in augurato loco. vnde Cicero pro Sextio Fabri-  
 cium tribunum plebis ante hunc templum coepisse  
 scribit, ut legem de M. Tullii reditu ferret. id præte-  
 rea cautum est prudentissime ne diebus singulis agi  
 cum populo liceret, erant enim dies, qui ob id ipsum

comitiales appellabantur, unde crediderunt interesse aliquid inter factos, & comitiales dies. Fastis enim iura dicebant Praetores, comitalibus & concilium habebatur plebis, & ferēbantur, antiquabantur uē leges, & magistratus tribus, cēturiatis uē comitiis creabantur. Etenim curiatam legem auspiciorum solum relictam causa M. Tullio authore demonstratum est, quanquam de auguris, auspiciisq; cum de sacris ageretur, si quando licuerit, uerba fiēt, de comitalibus uero diebus supra non nihil attigimus, hoc uero loco dicendum putauimus explanatus. Triūdini quoq; ratio habebatur, propter populi frequentiam, ut legem omnes videre possent, quidq; fraudis esset perspicere, sicq; uel perferri tuto posset, uel antiquari. erant autem dies nundinarum tres numero, quibus rustici quoque Romani cum ad mercatum, tum ad urbanae negotia conficienda in urbem conueniebāt. Sunt uero, quod multis locis testatur Cicero, augustissima comitia semper habita Cēturiata, quae a Consulibus, Praetoribus, Dictatoribus haberi poterant, nempe Praetores eisdem, quibus & Consules creatos auspiciis suo loco docebitur. Creabantur autem cēturiatis comitiis magistratus patricii praeter eos, quos modo non minui etiam censores; nam, Aediles qui curules appellabantur, quod Cicero in oratione pro Cn. Plancio palam facit, tribus renunciabantur.



In centuriatis igitur comitiis hæc potissimum spectabantur prærogatiua; erat autem primus suffragandi locus, qui sortito aliquando seniorum, aliquando iuniorum gæleria tribuebatur. Erant & custodes suffragiorum, & præsertim prærogatiuæ; raro enim fiebat ut quem prærogatiua renunciaisset, is magistratum non obtineret. Erant præterea dirhibitores, quorum minus erat diuidere tabellas; erant autem numero duæ; in altera VTI ROGAS scriptum erat, in altera ANTIQVAMVS. Meminit Cicero primo epist. ad Atticum, loquens de lege, quæ aduersus violatam à Clodio religionem ex senatuscõsulto ferebatur, ubi ait. Consul is Pisonis fraude ita distributas esse tabellas nemini ut daretur VTI ROGAS. in legibus etiam tabellarie legis, tabellarumq; quæ populo dabantur mentionem facit. vnde & rogationis nomen tractum est, cum leges, tum etiam magistratus rogabantur. Testis est Cicero in ipso orationis consilio pro L. Murena de his, qui scribendo aderant cum ad senatum ventum fuerit dicemus. sit ergo nobis de comitiis hæc tenus dictum, quod instituto factis operi fore putamus. iam ad regias accedatur leges, quas equidem non profecto bona me tradi posse, desideratur. n. Sex. Papyrii liber, quæ collegisse, ceætualesq; leges à regibus violatas, vel institutas, auctor est Pomponius. cuius laboris ergo honorarium pro merito est nomen

nomen iusve papyrianum vocaretur. Tradentur ta-  
men aliquot, quæ vim exempli præferant unde, &  
cuius generis reliquæ fuerint, æqui coniecturæ quis  
possit. Sic igitur prima lex anhuæ, quæ à Romulo cõ-  
stituta traditur, Romani ut annum mensibus men-  
rentur decem; Martius primus esset, supremus de-  
cember. uel quòd mulier totidem vulgò gestaret  
mensibus, uel quòd certè totidem luctus, viduitasq;  
finiretur. etenim à Romulo traditur institutum nè  
mulier extincto coniuge ante ante decimum men-  
sem secundo nuberet, idq; legitimum tempus luctus  
habebatur, cuius author est fastorum primo Quidius  
poeta sententiæ huius ( ut opinor ) uersibus.

*Tempora digerere cum conditor urbis in annum.*

*Bis quinque menses statuit esse satis.*

*Scilicet arma magis, quam sidera Romule moras.*

*Cur aq; finitimos uinorum micion erat.*

*Est tamen & ratio Casar, que moueri illum.*

*Erroremq; suum quo tueatur habet.*

*Quod satis est utero matris dum prodeat infans,*

*Id statuit anno temporis esse satis.*

*Pet totidem menses à funere coniugis uxor*

*Sustinet in uidua tristitia signa domo.*

Quin etiam & nomina mensium, quibus causis  
posita forent idem poeta declarat cum infit.

*Martis*

*Ab actis et at primis mensis, memorisq; secundus*

*Hæc generis princeps, ipsius illa parens.*

*Tertius à senibus, iuvenum de nomine quartus*

*Quæ sequitur numero turba notata fuit.*

De Maio tamen dubitatur utrum à Maia potius genetrice Mercurii, quam à maioribus sit nuncupatus. Sed proximi nomen mensis, quod à iuuenibus, ut ab ipsa tractum videtur iuventutē poetæ videtur astipulari. Numa vero Pompilius, qui Romulo successit in regno, duos menses adiecit, Ianuarium. & Februarium alterum à Iano vetustissimo latinorum Deo, quem ipsi Bicipitem fingunt. Nostrorum quidam tempora ut sibi videntur supputantes eundem existimant Ianum, quem Noe sacræ literæ uocant, de quorum sententia non est hic disputandi locus. Alterum uel ab expiationibus tradunt appellatum. quoniam expiarentur eo mense sepulchra, vel à Februa dea, quæ parentalibus putabatur præesse, unde idem ait poeta.

*At Numa nec Ianum, nec ciuitas præterit umbras*

*Mensibus antiquis addidit ille duos.*

Sed quoniam nec geminis adiectis mensibus ad cursum solis annorum ratio congruebat, ita digesti sunt dies, ut quarto & vigesimo quoque anno ad cursum solis reuerterentur tempora, unde & nata est intercalandi ratio, quam rudia adhuc secula à pontificibus

cibus potebant: Idem Numa fasios, nefastosq; dies instituit, & medios, quos sic interpretatur Ouidius.

*Ille nefastus erit: per quem tria verba silentium*

*Fasius erit per quem lego licabitur.*

De medijs uero sic.

*Nam simul ex a Deo data sunt licet omnia fieri*

*Verba, que honoratus libera Prætor habet.*

Vnde & ius honorarium fluxisse creditur, ut Papi-  
niamus l. ius ante eiuilq; s. ius pratorium, ff. de iusti-  
tia & iure; & Martianus l. nam & ipsum ff. eodem.  
Sed ad Romulum reuertamur, quem etiam ferunt  
nuptiarum ritus instituisse: Plutarchus est author  
in foedere, quod inter Romulum, & Tatium iustum  
est, tantum fuisse, ne mulieribus aliud operis, quam  
lanificium à uiris inuteretur, eamq; ob rem Talasium  
conclamari solitum, quo uetere græcorum lingua la-  
nificium significaretur. Cæteri uero tradunt Roma-  
num adolescentem admodum gratiosum fuisse Ta-  
lasium. Crediderim eadem consuetudine Romanis  
in nuptiis Talasium vocari solitum, quæ in græcis  
Hymenæum. Sed nuptiales leges, cæterasq; percurrere  
longum admodum esset. Duas tamen non præter-  
mittam, quæ mihi sanè cognitione dignæ videntur.  
Author est enim Plutarchus clientelas, & patrocina  
à Romulo potissimum instituta fuisse, quam rem in  
nouo populo constat extitisse saluberrimam. et enim

cum nec amicitia inter se, nec soli charitate, cui non nisi longo tempore assuescitur coaluissent animi, crebra iurgia, crebræq; ortæ fuissent seditiones, nisi aliquo vinculo inter se nexi, iunctiq; fuissent. Constituit igitur vt diuites patroni pauperum essent, eosq; tuerentur, pauperes contra venerarentur patronos, eorumq; clientes appellarentur, estq; lege cautum, nè liceret alteris in alteros testimonium dicere: quin & patroni egentium filias clientium propriis sumptibus collocabant, quod ius Romæ vsque ad bella ciuilia perstitit inuiolatum. Sed & libertorum dicebantur patroni, nam post exactos reges, qui manumittebantur vindicta præsertim ciues Romani fiebant. Iam patriam in liberos potestatem Romulum instituisse ferunt, vt videlicet ius uitæ, ac necis in filios haberent parentes, quin vendendi etiam filios patribus potestas fuit; Author est Dionysius ter patri licuisse vendere natum si se toties liberasset, post tertiam venditionem omne ius amisisse, nisi forte genitore consentiente uxorem filius duxisset. tunc enim vendendi omni iure cadebat pater. huius etiam venditionis meminit M. Tullius in ea, qua Balbum Cornelium defendit oratione. Nam & populus eum, qui militare noluisse quod se ipsum indignum libertate iudicasset, numq; Hs vendebat. Dioclet, tamen, & Maxim. AA. manifesti iuris esse pronunciarunt non licere parentibus

G rentibus

rentibus vendere liberos, vt C. de patribus, qui filios  
 distraxerunt. l. prima. Constantinus verò A. propter  
 nimiam, summamq; paupertatem patribus concessit  
 sanguinolentis ut ipsius vtar verbo liberos posse di-  
 strahere ea duntaxat. l. ut uel uenditor, uel ipse distra-  
 ctus, uel quiuis alius precio emptori perfoluto in li-  
 bertatem, atque adeo ingenuitatem asserere possit.  
 unde puto huiusmodi non esse liberos. extat decre-  
 tum. l. 2. C. eodem. Idem Dionysius est author Seruii  
 Tullum, qui sexto loco regnauit priuatas causas cer-  
 tis mandasse iudicibus, cum ante id tempus omnia  
 reges obirent; Eundem primum litium formulas,  
 quas sequuturi iudices essent tradidisse. Sed quoniã  
 Sexti Papyrii liber, quo leges continebantur interiit.  
 qui plura voluerit legendis historiis copiam sibi fece-  
 rit. Nobis quidem satis excurrisse videmur, quare ad  
 reliqua transibimus, si tamẽ ante monuerimus sena-  
 tum à Romulo constitutũ, de quo suo loco dicetur.

## EXCURSIO. VIII.

**E**XACTIS deinde Regibus, lege Tribunitia omnes leges he  
 exoleuerunt, iterumq; cepit Populus Romanus incerto mo-  
 dis iure, & consuetudine aliqua uti, quam per lata lege: idq; pro-  
 pè niginti annis passus est. Postea ne diutius hoc fieret, placuit  
 publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur le-

ges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulas eboreas perscriptas pro Rostris composuerunt, ut possent apertius percipi. Datumq; est eis ius eo anno in ciuitate summū: uti et leges corrigerent si opus esset, et interpretarentur, neq; promouatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus, fieret. Qui ipsi cum animaduertierunt aliquid deesse istis primis legibus: ideoq; sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt, & ita ex accidente appellatæ sunt leges duodecim tabularum: quarum ferendarum auctorem fuisse Decemuiris Hermodorum quendam Ephesium exularem in Italia, quidam retulerunt.

**L**ocus hic lubricus admodum est, atque difficilis. etenim nonnulla perscribuntur, quæ doctissimis, peritissimisque viris clarissimo iure consulto uidentur indigna. nos tamen res ipsas explanabimus ac cusato nemine; non enim libet in alienos irruere labores, umbrasue torquere, atque ut dicitur pugnare cum laruis. Iam igitur primum omnium Pomponius inquit, Regibus exactis tribunitia lege regias omnes exoleuisse leges. qua tribunitia quæso? nempe à Tribuno celerum lata, quo in magistratu tunc Brutus erat, cum reges exegit, an à plebis tribunis? quod ad Brutum attinet mirandum sanè uidetur neminem huiusce rei meminisse, quæ certè maxima fuit, cum acta Bruti sint scriptores diligentissimè persequuti, ea præsertim, quæ ad odium regum spectant, ut iure-

iurando adegisse populum neminem Romæ regna-  
 re passurum, Tarquiniū omne nomen, vt exularet  
 ad populum tulisse, atq; huius generis alia. Abrogaf-  
 se verò leges vniuersas, quòd hæctenus legerim scri-  
 psit profectò nemo. scripsissent autem fermè omnes,  
 si uel regum odio, vel quòd leges ipsas reprobasset,  
 abrogasset Brutus. Rem enim tantam prætermittere  
 negligentis hominis in conscribenda historia crimi-  
 ne dignissima videtur inertia. Super est à Tribb. ple-  
 bei fuerint abrogatæ, qui magistratus sexto decimo  
 anno, vel certe xvii. post reges exactos, vt Liuius, Dio-  
 nysioq; placet creari in vrbe cœpit. à quibus igitur  
 tribunis? quauè de causa? illud autem vidisse plebis  
 Tribunos quod tot Consules non vidissent portèto  
 videtur simile. sed quid multis opus est? non omnes  
 certè leges exoleuerunt. Lex enim quæ ad censum  
 spectabat, quam Seruius Tullus dictus est pertulisse  
 sublata non est, nec lex illa, quam Romulus tulerat,  
 quæ ius uitæ, & necis in liberos parentibus dabat,  
 quæ potestas ciuium Romanorum sola fuit, vt ff. de  
 his qui sui, uel alieni iuris sunt. l. item in potestate, &  
 instit. de patria potestate. §. Ius autem. Quauquã po-  
 stea constitutione diui Antonini, qui in orbe Roma-  
 no nascuntur sunt ciues Romani. quemadmodum ff.  
 de statu hominũ Vlpianus. l. In orbe Romano. quod  
 si omnes leges exoleuerunt, quid attinuit sacrificulũ  
 regem



regem creari, qui sacra regiae vicis obiret; cum ipsa abrogatione per alios ea sacra potuerint administrari? prolixum admodum foret omnia, quæ ad leges spectant regias oratione percurrere. quare dictis contenti, ad cætera transeamus. Viginti annos consuetudine potius, quam vlla lege vixisse populus Romanus dicitur ante Decemuiros creatos legibus ferendis. Oportuit igitur pluribus lustris post exactos reges leges exoleuisse, siquidem, ut inter eos constare video, quos hoc loco sequor, tertio supra trecentimum annum post pulsos reges Decemviri magistratura inierunt, quem tribus annis gesserunt, biennium iure creati, tertium per vim, atque tyrannidem. Gellius tamen lib. vltimi cap. primo noctium Atticarum inducta Sex. Cæcilij sententia trecentesimo anno Romanæ originis duodecim tabularum leges scribit esse perlatas. Sexto uero & trecentesimo anno, vel si Sexto Cæcilio creditur tertio & trecentesimo consuetum inierunt Valerius potitus, & Horatius Barbatus, qui deiectis, abdicatisq; Decemuiris successerunt. quæ omnia in finem octogesima secundæ olympiadis, principiumq; octogima tertiæ ceciderunt. Videtur autem vrbs Roma maximæ parti scriptorū septima olimpiade condita. sentit nihilominus Cincius vetustissimus author duodecima olimpiade conditam fuisse Romam, cui mihi uidetur iureconsultus astipulari,

astipulari, vt ratio temporum aliqua ex parte congruat. Tametsi nec sic quidem satis quadrare videtur; quod tempora supputantibus patebit facile. Sed res postulare videtur quoniam à Consulibus ad Decemuiros translatus fuit reip. status altius repetere causas, remq; totam pro instituta breuitate paucis exponere. Commenti sunt plebis Tribb. graue consulare imperiũ videri, quod nullis certe legibus coereretur, itaque legem promulgarunt, qua quinq; viri creabantur, qui de consulari imperio leges ferre possent. non secus aduersabatur senatus, quam si pro aris pugnaretur, ac focus, frenatam satis asserens consulare potestatem prouocatione. Consul enim si quemquam læsisset de plebe hominem, plebẽ ipsam, quam offendisse putaretur iudicem erat habiturus, quare tollendi consularis imperii non minuẽdi viam Tribunos ingredi. Quæ controuersia extracta quinquennium coegit tandem patres, quoniam impenderent bella, delectumq; impedirent Tribuni, plebi largiri, vt qui prius quinque creabantur. aucto numero decem fierent Tribuni plebis, sexto & trigesimo anno post accitam tribunitiam potestatem vt Liuius sentire videtur. Cum autem nihil Tribuni proficerent, legemq; deminuendo consulari imperio nè geminati quidem perferre possent, à patribus contenderunt vt ordinum concordia consuleretur, crearenturq; legum

legum latores, qui leges æquas ciuitati ferrēt vniuersæ. Non aspernabatur relationem senatus, neminem tamen nisi patritium leges laturum contendebat. placuit interim tres in gratiam legatos mitti, qui toto terrarum orbe inclytas Solonis leges, vrbiumq; reliquarum peterent, in patriamq; referrent. Misi sunt auctore Liuius Sp. Posthumius albus, Aul. Manlius P. Sulpitius camerinus. quidam apud Dionysium pro P. Seruium legunt Sulpitium. quibus reuersis placuit in annum Decemuiros creati sine prouocatione, & vt eo anno nullus esset in ciuitate præterea magistratus. creati sunt inter Decemuiros, qui cōsules in eum annum fuerant designati, adiecti tres legati, qui leges petiuerant alienigenas, reliqui spe magis, quam ullo certo merito eum sunt magistratum adepti. Quem annum aureum videtur habuisse Romana Resp. Etenim Decemuiros æquitate, iustitiâq; perficiebant, suo interdum iure cedentes, quod populi adicerent maiestati, vt aliam ciuitas magistratum minime desideraret. Hi decem tabulas conscripserunt, quas in publicum propositas ab omnibus & legi, & examinari voluerunt, ut id iuris populus Romanus haberet, qd ipse sibi constituisset. Cum igitur omnibus probaretur decem tabularum leges, centuriatis comitiis, & probata, & admittæ sunt. Dux tabulæ videbantur deesse, perfectum ut foret iuris omne corpus. quare &

in

in alterum etiam annum Decemuiros creari placuit. Refectus est favore populi bonis omnibus reclamantibus Appius Claudius, qui anno quoque superiore principem locum inter Decemuiros tenuerat. Is optimo quoque, atque honoratissimo per factionem deiecto in queis etiam C. Claudio regillensi patruo suo viro primario, quos uoluit sibi collegas renunciauit. Tres etiam ex plebe creatos Dionysius est author, ut plebem sibi Claudius conciliaret. quod Claudii factum indignissimum bonis omnibus uisum est. quoniam ipse comitiis præerat, nulloq; more nullo exemplo se ipse Decemuirum creauerat. Imbuit itaque & arcanis, & sceleratis consiliis collegum uniuersum, primumq; conuentionem esse scribit Dionysius, ne factum unius improbarent ceteris, qua re intereulsio- nis auxilium tollebat. ad hac ne magistratum deponerent, sed perpetuum obtinerent Decemuiratum, atque terrore, quoniam aliter non licebat. Itaque primum magistratus diem, solemnes tunc erant Idus Maiæ a terrore sunt auspicati, centum viginti lictoribus cum securibus præeuntibus, cum superiores Decemuiro institutum reliquissent unus, ut fasces haberet, idq; pen uices, ceteri parum a priuatis differenti. Hi duas tabulas proposuerunt, nec ante abierant magistratu quam uariis sceleribus contaminati & superis, & mortalibus inuisi sese coactum abdicare, natu & rem

& rem bello infœliciter ubique gesserunt, & Siciam virum fortissimum summa cum invidia necarunt. & Appius Claudius proprio, peculiariq; flagitio Virgini-um coegit Romano præsentem populo filiam perimere, nè teterrimo pollueretur stupro in seruitutem raptâ iniquissimis vindictis à libertate secundum seruitutem dictis. Sed iam Decemviri valeant, quos tamen M. Tullius in his, quæ ad Q. fratrem de oratore scripta reliquit, viros asseruit fuisse prudentes. A duodecim certè tabulis ius omne Romanum fluxisse constat, quas idem Cicero eodè de oratore primo Crassum personam inducens omnium philosophorum bibliothecas superaro testatur. Quas quidem tabulas æneas fuisse putarim, quod meliores codices habent; potius quam eboreas, ut in quibusdam perperam legitur. Nam neq; tanta eboreis copia tum Romanis erat nondum posteriorem luxuriam civitate noscente, mosq; semper fuit, æneis ut tabulis scriberentur leges. Sunt tamen qui ex XII. tabulis quædam reprehendant, ex quibus pauca memorabuntur, quorum sit primum, Quod patres prohibuerunt plebis concubia suscipere, plebiq; patritia, quæ res ordinum sublatâ concordia duas ex una civitates faciebat, nec concordia patiebatur coalescere mentes, nec dici poterat patritia pollui sacra si plebeis iungerentur mulieribus, quoniam parentes liberi sequebatur. & pro-

H                  batur

batur peccata fuit auspicia quoque plebem habere  
 cum Consulibus, & sacerdotibus una cum patribus  
 fungeretur. Quæ lex paucos post annos magno cer-  
 tamine licet, ingentibus contentione, fuit tamen abro-  
 gata. Illud secundo loco reprehenditur, quod debi-  
 toris corpus, qui solvendo non esset certis peractis so-  
 lemibus diuidi inter creditores iubeant, quod ta-  
 men defenditur terroris causa factum, ut alieno ære  
 homines abstinere. Nam facinus id onidole non  
 quam traditur facinoratum, illud à nonnullis reprobatur,  
 contra laudatur à quibusdam quod creditoris  
 mancipium debitor fieret. nam qui reprehendunt,  
 ciuem Romanum libertate non censent posse priuari  
 ri, qui contra probant, maximum fidei constantur vin-  
 culum, cum intelligat debitor addidit se creditoris  
 ducendum, nisi fidem præstiterit. Hoc tamen ipsum  
 propter seuitiam, nefariamque creditorum libidinem  
 sublatum est, constitutumque bonarum essentia creditoris,  
 priuatis vinculis nemo coerceretur, ne ius in corpore  
 cuiquam esset priuato, & quoniam vindictarum me-  
 minimus, de his quoque pauca dicamus. Creditur  
 à Vindicio tractat vindicte, qui coniurationem iure  
 nem nobilissimorum de recipiendis urbem. Tar-  
 quinius indicauit, quod ob iudicium illi libertatem est,  
 vindicatus. Statuerant igitur Decemviri, ut quoties  
 de libertate veniretur in dubium secundum libertatem  
 omnia 11 tem

ion iudicio darentur, donec de seruitute cōstaret,  
quod in prœdiis quocumque usurpatum videtur, vt vin-  
dicarentur. Et de iugibus quidem, legimus lato ribus  
De omnibus satis dictum putamus.

## EXCURSIO. IX.

**LEGIS** Legibus laici cepti (ut narrant alii, quæstio soles) ut in  
hoc, interpretatio de solis arte prudentibus authoribus, necessa-  
riusq; disputatione facta sunt. Et ac disputatio, res hoc ius, quod sine  
fieri potest, omnia sunt a prudentibus, propria parte aliqua nō  
appellatur, ut cetera partes iuris suis suis nominibus designat,  
sunt, sed cœconomia nomine appellatur ius, quia.

**INDIA** fero Romanis, quod Atheniensibus euenit  
se constat, cum enim Solon accepta ab Athenien-  
si populo autoritate leges condidisset, varia deside-  
rabatur interpretatio, quare rem vt Solon vitaret pe-  
grinationem crediur suscepisse. Idem euenisse Ro-  
manis videtur, qui laici legibus, carum in plerisq; re-  
bus explanationem optata sepe sunt, interfuit autem  
inter Grecos, Romanosq; quod interpretos suis  
apud Grecos abiecti fuerunt, nomales, qui mercede se-  
cubantur oratores, quosq; iuris iuræ appellabant.  
Romæ ciuitatis principes summa cum dignitate iuri  
presuerunt, Græci, Sæuola, Brutus, Sulpitius, eisdemq;  
dignitatis alii, de quibus cetero loco proprius erit ser-

mo. nec tamen itur inficias aliquot ex plebe iuri ciuili præfuisse, qui tamen propter studium sunt nobilitati. Itaque Marcus Tullius L. Crassum oratorem clarissimum, qui Consul, censorq; fuerat non modo ius ciuile laudantem inducit in primo de oratore dialogo, sed recipientem etiam, si uita supersit ius ciuile in genera, formasq; diuisum in artem se redacturum, cupientem præterea dicendi studio alius relicto, quod propter senectutem licere sibi putabat. suos cines in hemicyclo, sedraue sedentē ius ciuile docere. Idem & M. ipse Tullius desiderare uidetur primo de legibus libro. ætate iam ingrauescente sibi concedi, qui licet cum Murenæ defenderet ius ciuile contemnerè uisus sit, intelligendum est, temporitum oratorem seruisse, non suam protulisse sententiam. Mirum tamen uidetur Iureconsultum prudentium responsa communi iuris ciuilibis nomine appellasse cum ius ciuile in plura fecetur membra, ut per Papinianum constat. Ius autem ciuile ff. de iustitia & iure uerba legis apposita sunt. Ius autem ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum, auctoritate prudentium uenit. Ecce quæ enumeratæ sunt partes, quasi formæ sunt iuris ciuilibis. quo loco animaduertendum existimo apud M. Ciceronem, Authoresq; alios non omnes leges iuri ciuili subiectas, nam quæ ad publicum statum pertinebant non putabant



bant iuris esse ciuili, cum tantum iuri ciuili tribuerent, quantum ad priuatorum interse controuersias spectare putarent. Vniuersam tamen hanc differentiam imperatores confudisse videntur, ius etiam publicum addumerantes ciuili. Illud quoque dubium videtur quod non scriptum ille ius ciuile putat esse, quod est contra Vlpianum. Ius ciuile est. ff. de iustitia & iure, vbi ius diuiditur in scriptum & non scriptum, quemadmodum apud Græcos τὸν νόμον ὁ νόμος ἔστι νόμος, ὁ δὲ ἄγραφος. Et insit. de iure nat. gent. & ciuili. Constat autem, nisi forte dicamus id, quod frequenter euenire solet, Voluisse iureconsultum generis nomine formam appellari, quod hoc loco receptum non video. restat, vt de actionibus dicatur.

## EXCURSIO. X.

**D**EINDE ex his legibus eodem serè tempore actiones composuere sunt, quibus inter se homines discrepant: quas actiones ne populus ut uellet, institueret: certas, scilicet esse uoluerunt: & appellabatur hæc pars iuris legis actiones. & ita eodem serè tempore tria hæc iura nata sunt. leges duodecim tabularum, ex his fluere cepit ius ciuile, ex isdem legis actiones composuere sunt. Omnia tamen harum & interpretandi scientia & actiones, apud collegium Pontificum erant: ex quibus constituabatur, quis quoque anno præset priuatus: & populus propè totum a iuris hac consuetudine usus est.

Actio

**A**d C. I. O. autem Instir. de actionibus in iudicio ita  
 fitur, ut sit ius in iudicio petendi quod sibi  
 debeat, ex verbis autem Pomponii formulae potius  
 quaedam videntur actiones, quibus iudicia exercebantur.  
 Ait enim ne populus ut uellet institueret  
 solemnes eas esse decretum fuisse. quae res ostendit  
 actiones non quaestiones ipsas sed quaestionum exco-  
 ndarum formulas appellatas negari tamen non potest  
 quaestiones ipsas actiones aliquando nuncupatas,  
 ut est apud Ciceronem in diuina illa oratione, qua  
 Milonem defendit. Num mihi actionem per duellio-  
 nis intendit? actionem intendere in ius vocare signifi-  
 ficans, certa videlicet quaestione per duellionis, sed  
 variis temporibus variis praedixit sunt actiones, vnde  
 conici licet agendi formulas actionum nomine fre-  
 quentius significari. Tum inquit & leges, & pruden-  
 tiam responsa, & actiones existisse, quibus potissimum  
 iudicia constarent, & quoniam interpretandi iuris au-  
 thoritatem potes Pontifices dici fuisse, no ab re fue-  
 rit hoc de collegio alius pauca repetere, & Pontifi-  
 ces quidem institutos constat a Numa, qui Romam  
 urbem dicitur religionibus informasse, nam a Romu-  
 lo pauca admodum fuerent instituta, quae maxima  
 ex parte foederis continebantur, ut fratrum Arua-  
 dum, Lupercalium aliorumque quorundam. Instituti  
 quoque a Romulo Curiones dicuntur, qui singula-  
 rum

rum curiarum foecis, laribusq; praesent. Verum ut di-  
 cere coeperam Numa Pompilius & religiones dilige-  
 tius excoluit, & certis nimirum suis sacerdotes praefecit, inter quos summum locum obtinere Pontifi-  
 ces, quibus etiam Summus Pontifex praeferebatur, maximumq; Pontificatum primus gessisse creditur Martius Martii filius Pompilio constituinte rege. Hanc summa religionum tradita est; ceteri Pontifi-  
 ces subiecebantur. Maiores autem putantur a pontificibus faciendis Pontifices, ut alii tamen existimant, et faciendi potestate, quos videtur sequutus Lucanus primo Pharsalicae volumine hoc versu.

*Pontificis sibi, quibus est potestas potestas.*

Dionysius asserit ius publicum pontificum, si quando vel coneridisset, vel vicium certe fecisset, quod sacerdos instaurare solitos esse. unde Pontificum fluxerit nomen. Prius collegii maxima vis, summaq; sui potestas, etiam in sacra facta, factos, nefastosq; dies, quae etiam Deo gratas forent sacrificia solennitatem publicis, quam prius religionibus Pontifices exponebant. Et quosdam quemadmodum supra meminimus, ut ad eunum solis anni consistarent intercalandum erat quo et anno fieret, quae ratio summum Pontifices statuiebant, Latinae feriae, ludiq; omnis generis arbitrato Pontificum instaurabantur. Si quo die piaculum credebatur admissum Pontificum ex-  
 piandi.

piandi ius erat. Ferias populo pronunciabant, quae in singulos incidere menses, ius civile tractabant, uel potius occultabant, quò maioris apud populum auctoritatis haberentur. Fastis praerant, unde Pontificum annales, qui & maximi nominantur originem habuerunt. Illud in dubium venire solet. Soli ne Pontifices, an alii aliquot sacerdotes soliti sint adhiberi, cum ad collegium Pontificum aliquid referretur: & Cicero sanè in ea oratione, quae de responsis inscribitur auruspicum, alios quoque sacerdotes adhiberi solitos significat cum suam domum omnes ferè iudicauerint esse profanam, quam Clodius à se cõsecratam esse dicebat plebiscito. Idem pro domo sua ad Pontifices satis aperte testatur, Pontifices igitur ita sibi ius usurpasse centum annos Pomponius tradit, ut quolibet anno unus de collegio praeficeretur certus iuris interpret. Illud etiam in Pontificum potestate diligèntius est aduertendum accidisse plerumq̃, ut qui aliquo fungeretur sacerdotio Consul fieret, is cum in prouinciam ire à maximo Pontifice vetaretur de eare apud populum fuisse certatum, semper populum statuisse sacerdotem maximi Pontificis dicto audientem esse oportere, ac de Põtificibus quidè haec tenus.

## EXCURSIO. XI.

**P**OSTEA cum Appius Claudius proposuisset, ut ad sua

manu redigisset has actiones, Cn. Flavius scriba eius libertini filius subreptione librum populo tradidit, & adeo gratiam fuit id munus populo, ut Trib. plebis fieret, & senator, & Aedilis curulis. Hinc liber, qui actiones continet appellatur ius civile Flavianum, fuit illud ius civile Papyrianum. nam nec Cn. Flavius de seip. quicquam adiecit libra. ¶ Augescente civitate & qui praeerant quaedam genera agendi composuerunt nec post multum temporis spatium Sex. Aelius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur ius Aelianum.

**I**N omni Reip. genere crediderim factitatum, ut certi homines, & hi quidem pauci omnia sibi potentia gratia suscipienda putarint, nec dubitarim fuisse plerosq; qui utile civitatibus existimauerint penes paucos, eosdemq; viros bonos omnium rerum esse potentiam. Sed haec disputatio in id tempus differenda videtur, quo si fors tulerit, annuerintq; fata de optima nobis dicendum rep. fuerit. Apud Romanos certe pauci potentiam quarentes, atq; dignitatem, & ius civile condiderant, & occulauerant. fastos vt ipsi consulerentur, ut iuxta Marci Tullii sententiam ab ipsis tanquam a Chaldaeis peteretur dies. donec Cn. Flavius C. alii vocant, vt idem ait Cicero, oculos confixit cornicibus, fastosq; proposuit, & exposuit actiones, quas ab Appio Claudio compositas nec Cicero, nec Litijs meminervat. Illud tamen constat Appiu,

I qui

qui cum Volturnio fuit Consul iuris fuisse prudentem, & post alterum Consulatam propter iuris peritiam continuato magistratu praetorem fuisse creatum, cum secundo Consulatam una cum collega gallos, & thetrascos superasset. sed ad Flavianum reuertamur, quem sordido genere ortum vniuersi tradunt. Cum autem Aedilis crearetur sunt qui dicant quod scriptum faceret Consuliam hominis nomen recipere noluisse, qui tamen tabulam proposuit, qua iurabat se in posterum scriptum non esse facturum. Macer autem Licinius scriptum reliquit Flavianum aliquantulum ante quam peteret aedilitate scriptum facere desuisse nam & plebis fuerat Trib. & duobus triumuiratibus perfunctus nocturno videlicet, & colonie deducenda. Memoriae proditum est contumacissimum aduersus nobilitatem fuisse; nam cum Aedilis factus aegrotantem uiseret collegam, iuuenesque nobiles ei non asurgerent, qui assistebant aegroti, sellam curulem afferi iussit ut ab inuitis, dolentibusque in sede spectaretur honoris. hic contra veterem legem cum nec Consul esset, nec imperator Aram dicitur dedicasse. coacta Pontifice maximo verba praere populi consensu cuius iniurie gratia lex est ex senatusconsulto lata, ut cui liceret aedem, aramque dicere iniussu senatus, vel maioris partis tribunorum plebis. hinc animaduocare licet, quam sit ingrata multitudini paucorum

poten-

potentia, quantamque gratiam inerat, qui minuendam  
illam, extorsendamque curat. Hoc ius, quod exposi-  
tum est à Flacio, Flavianum est appellatum, quemad-  
modum regium à Papyrio collectum Papyrianum;  
cum tandem neuter de suo quicquam posuerit, & quo-  
niam humana omnia temporibus commutatur ope-  
re precium fortè visum est Sexto Aelio, qui iuris in-  
terpres ea tempestate fuit clarus, crescentem ciuita-  
tem nobis actionibus indigere, quod ius ab auctore  
appellatum est Aelianum. Crediderim hunc illum  
Aelium fuisse, quem uirum cordatum appellat Eui-  
sius, sed eundem ad reliqua.

## EXCVR. XII.

**D**ENDE *omnesse in ciuitate lex, duodecim tabularum  
et ius civile, essent, et legis actiones curat, ut plebs in di-  
ferendum cum patribus perueniret, et fœderet, sedq; iura con-  
stitueret, qua plebs se a patribus, uti iam conuenerat, esset plebs,  
quia multa discordia res facta erat de his plebs iuris, pro legibus  
plebs, et ea obferretur leges, et factum est, ut iura  
et plebs facta, et leges spectat, ambigendum in ore sit, potestas esse  
eandem, et iura quatuordecim, et iura quatuordecim  
et iura quatuordecim, et iura quatuordecim, et iura quatuordecim  
F. XII. Superioribus iura iura constituta apud iudicem  
iura Romanam constituit, duodecim quibuslibet tabulas  
predecessum interpretatione, quod ad ius civile uocat  
Pompo*

Pomponius, legum formulas, sive actiones, supra tam en docuimus hæc omnia ad ius civile pertinere, & præsertim legum interpretationes. Nouum deinceps legum ferendarum institutum genus, quæ plebiscita uocantur, est autem Plebiscitum, quod plebeio magistratu rogante plebs decernebat, qui autem plebeii sint magistratus suo loco patebit. colligitur autem plebisciti descriptio Instit. de iure nat. gent. & ciu. §. Constat autem. Et plebe quidem secedente in sacrum montem, uel ut alii in Auentinum orta sunt plebiscita, quod apertius dicitur cum de Tribb. plebis, Tribunitiaq; potestate sermo fiet. Secessit uero plebs propter nexos ob res alienas, qui pessimè a seeneratoribus tractabantur, interq; seruitia connumerabantur. & quamuis M. Seruius Consul fidem dederat debitorum miseris consulturum senatum, idcirco Valerius Volesii filius, uel certe nepos, nam utrumque traditur. Dictator edicto futurum receperat, priuatis tamen utilitatibus bonum publicum impediens, & seeneratorum artibus corrupto senatu, nihil omnino populus proficiebat. Itaq; cum patres educere legiones Consulibus imperassent, seditione maturarunt, plebesq; secessit, cuius author reducende fuit Memmii Agrippa uiripriscæ facundia, narrans membrorum corporis fabula, quæ in uentrem coniuuauerant, ne cibum otioso præberent, quo facto ipsa quoq;



quoque conficiebantur. Sic Patrum, & Plebis iras in utriusque partis perniciem nisi caueretur aiebat cessuras. Cautum est igitur inter cetera, ut suos magistratus haberent, & quæ illis rogantibus sciscerent dicerentur plebiscita. Dubitatum est autem diu, plebiscitis ne populus teneretur, & tandem Horatio Barbato, & Valerio Potito Cons. qui primi Decemviris pulsus Consulatum gesserunt, cautum lege fuit plebiscitis ut populus teneretur, teste Liviio tertio ab urbe condita uolumine. quam legem etiam tulisse fertur Q. Pub. Philo Dictator, qui & alias leges aduersas nobilitati tulit, auth. Liviio octavo ab urbe condita. hic fuit ille Philo primus de plebe Prætor, cui primum post Consulatum etiam imperium prorogatum est. sed ad rem redeundum. Cum igitur ea lex uideretur usu antiquata, cum iterum plebs propter res alienum, lōgasque seditiones secessisset, reducta à Q. Hortensio Dictatore, qui in eo dicitur decessisse magistratu, obtinuit ut eo ipso Dictatore ferente lege caueretur, denuo populus ut plebiscitis teneretur, quæ à latore lex uocatur Hortensia. Inde factum est, ut auctoritate quidam lex à plebiscito nihil differret, sed modo ferendi, perferendiq; nam legem Senatorius magistratus ferebat, ut Instit. de iure nat. gent. & civili. §. Constat autem plebiscitum plebeius. Præterea centuriatis comitiis leges, tributis plebiscita fiebant.

bant. legibus perferendis populus aderat, plebs ple-  
biscitis, & tamen utrisq; omnes pariter obtēperabāt

## EXCVR. XIII.

**D**EINDE quid difficile plebi conuenire capie, populūq;  
multo difficilius in tanta turba hominum: necessitas ipsa  
causam Reip. ad Senatū deducit. Ita capie Senatus se interpo-  
nere, et quicquid constitisset, obseruabatur, idq; ius appellabat  
iūs Senatusconsultum.

**A**UGEBA TUR urbs Roma hominum multitu-  
dine, imperiū magnitudinem praesagiente for-  
tuna: quare & plebem cogere difficile erat, & popu-  
lū difficilius, quemadmodum sentire videtur Pō-  
ponius, ut uidelicet ea de causa conciliata uideatur  
Senatus autoritas. Optandum sanè fuerat Romani  
nominis amatoribus uniuersis uerè sensisse Pompo-  
nium. Non enim tot seditionibus, populus labora-  
set Romanus, cogebatur tamen frequentius, quam  
Resp. desiderabat, quae civilium fuit origo. bellorū.  
Id quod omnia tam Graeca, quam Latina monimen-  
ta testantur. Verum quid Pomponius dicat non tam  
nobis curandum est, quam quid res ipsa compertū,  
exploratumq; tradat. Dicamus igitur plebem popu-  
li partem esse, etenim appellatione populi ciues clau-  
debantur uniuersi, nullo dignitatum, ordinumue di-  
scrimine

scrimine facto. Plebis contra nomine patritii non cō-  
 sebantur. De reliquis Senatoribus post paulo uidebi-  
 mus. Licet igitur cernere improprie loquutum Im-  
 peratorem, uol potius legum compilatores Instit. de  
 iure nat. gent. & civili. §. Constar autem, uerf. Plebs au-  
 tem à populo. Alunt enim plebem uelut populi spe-  
 ciem existimari, quod non est sanè uerum. nam ge-  
 nus uniuocè prædicatur de forma, dico. f. & nomine  
 simul, & finitione, nec de forma solum, sed de his et-  
 iam, quæ forma continentur. nam, & tutela ge-  
 nus est, & tutela legitima forma, dicimusq; legitimā  
 tutelam tutelam esse, & esse uim, siue potestatem in  
 capite libero ad tuendum eum, qui se periclitari tue-  
 ri non potest, à iure civili datam, atq; concessam, quæ  
 constat finitionem esse tutelæ à Seruio traditam ut,  
 author est Paulus in titio l. primæ. ff. de tutelis. Sed, &  
 legitima tutela hæc, quæ in Titio est, uel in Seio tute-  
 la dicitur, & in eâ definitio tutela quadrabit: quod  
 in populo, & plebè certum est non usu uenire. sed sa-  
 tis digressi sumus. Inquit ergo Pomponius ob diffi-  
 cultatem plebis, populatè cogendi Republicæ ha-  
 benas accepisse Senatam. Ita ne uero? tot annos urbs  
 Roma Senatu caruit, & si quidem habuit nullus suo  
 authoritatis? uereor ac liberiorum culpa multa in  
 hac lege legantur, quæ uir doctissimus Pomponius  
 ac cogitavit quidem. nos tamen rem pro uiribus ex-  
 plicemus.

plicemus. Nemo urbis Romæ res gestas hæctenus  
 scripsit, quin à Romulo dicat institutum esse Senatû.  
 Legit autem uiros centum, siue quòd ampliore nu-  
 mero Resp. non egeret, siue quòd plures non habe-  
 ret idoneos, qui uel à curæ similitudine, uel ab ætate,  
 senes enim omnes fuerunt Patres sunt appellati, po-  
 steri eorum Patritii. Imperatores autem Patritiam di-  
 gnitatem extulerunt, principum patres uocitantes  
 patritios ut Instit. Quibus modis ius pa. po. sol. §. fi-  
 liusfamilias, & C. de Consulibus. l. ultima, lib. XII. &  
 Aucten. de dign. §. i. & §. generaliter coll. VI. oritur au-  
 tem dubium non paruum, fuerintnè præter illos cen-  
 tum Romuli temporibus alii patritii. nam icò cum  
 Tito Tatio fœdere, regnoq; consociato credibile vi-  
 detur ex Tatii, Sabinorumq; numero aliquot in pa-  
 tres lectos, id, quod Liuius confirmare uidetur cum  
 ait primo volumine sublato Romulo, Sabinos in Se-  
 natu à veteribus dissensisse Romanis, quòd suarum  
 partium regem fieri æquum censebant, cum post in-  
 teritum Tatii nemo regnasset Sabinorû. Afferit etiã  
 Dionysius cõuenisse inter eos, ut sorti committeret  
 utri Regem nominarent. ea lege, ut qui sorte Regẽ  
 essent prolaturi, alterius partis hominem proderent.  
 ita cum nominatio obrigisset Romanis Numam Põ-  
 pilium Sabinum hominem Regem esse delectû. Au-  
 getur difficultas. nam Hostilius Alba diruta plebi cõ-  
 ueritatem

uitatem dedit Romanam. primores legit in patres  
 Tullios, Clelios, Geganios, Curiacios, aliosq; eiusde  
 dignitatis. Valerius etiam publicola Consul populi  
 iussu dicitur Appium Clausum, quem postea dixere  
 Claudium iussu populi fecisse patritium. Si autem  
 plures patritii fuerunt intereunte Romulo, quomo-  
 do ad interregem prodendum decem tantum decu-  
 riæ coierunt? Nam neque credi par est, quempiam à  
 Romulo dignitate priuatum, vt Sabini sustitueren-  
 tur, nec Sabinos mortem Romanorum expectasse, vt  
 in demortuorum locum inter patritios ascriberen-  
 tur. vnde mihi quidem conuicere licet coesundi mu-  
 nus veterum Romanorū proprium fuisse, qui à Ro-  
 mulo lecti fuerant, cætera communia cum reliquis,  
 vel certè veterum patritiorum propria sacra fuisse,  
 quod ad me attinet, quod pro certo affirmare pos-  
 sim nihil habeo, suo igitur quisque fruatur iudicio.  
 Tarquinius, qui priscus est cognominatus, Lucumo-  
 nem prius dixere Tarquinienses ducentos dicitur  
 adiecisse, quos minorum gentium dixere patres. Ex-  
 actis postea regibus Brutus Consul exhaustum sena-  
 tum cædibus à superbo Tarquinio ad trecentos dici-  
 tur senatores restituisse. secundo quoque punico bel-  
 lo, post cannensem ruinam, quod variis casibus di-  
 minutus Senatus esset, restitui placuit, lectiq; sunt  
 quinque supra centum septaginta quemadmodum

K Liuius

Liuii placet. Magnum Senatorum numerum Cæsar Dictator addidit, qui etiam Gallos, & Hispanos, quos ciuitate donauerat Senatores fecit. vnde scripti feruntur versus clam, quibus edicebatur, ne quis nouo Senatori curiam ostenderet. Ius autem Senatus vocandi fuisse traditur vnâ cum Dictatore Consulibus, prætoribus, Tribunis plebis. legimus etiam aliquando vel ciuili seditione, vel morbo ciuitate laborante, vel vitio magistratibus creatis ad Aediles curules summâ Reip. peruenisse, quos sanè crediderim eo tempore ius habuisse vocandi Senatum. idemq; de plebis Aedilibus sentio si quando ad illos cura Reip. recidisset. nihil enim poterat fieri sine Senatu. Senatorum vero duo constat fuisse genera, quibusdam. n. dicere sententiam licebat, aliis minimè. quod Gellius ita videtur definire, vt iis sententiam dicere liceret, qui à censoribus lecti essent in senatum. Aliis minimè quanquam honoribus populi essent vsi. quæ sententia Liuii comprobatur autoritate, vsurpantis aliquando Senatores, vel qui cum magistratum gessissent, vnde in Senatum legi deberent. Qui sententiam nõ dicebant Pedarii nominabantur, vel quòd pedibus in aliorum sententiam irent, vel quod non sella curuli vectarentur in curiam, quod veteribus factitatum temporibus, C. Bassus in commentariis scriptum reliquit. Priorem nominis significationem Liberii ver-

sus

sus minorum scriptoris confirmare videtur, qui ca-  
 put sine lingua pedariam ait sententiam. pedariorū  
 Senatorum meminit M. T. in his, quæ ad Pomponiū  
 Atticum primo scripsit volumine, cum diceret S. Cō-  
 sultum, quod de populis liberis factum esset, eo tem-  
 pore induci non posse. Eam autem sententiam sum-  
 ma pedariorum voluntate acceptam fuisse. & alio lo-  
 co ait, nō animaduersum ad quos id pertineret, tum  
 cum ageretur, in eamq; sententiam raptim pedarios  
 concurrisse. Quæri solet à nostri temporis peritiori-  
 bus omnes nē Senatores fuerint patritii, quam ego  
 quæstionem expeditissimam puto. cum enim ad o-  
 mnes honores plebeii peruenerint, constat Senato-  
 res quoque factos cum eos magistratus gesserint, ut  
 de in Senatū legi oportuerit. Testatur etiam Lilius,  
 qui P. Licinium Caluum, qui primus de plebe Tribu-  
 nus militum fuit creatus veterem fuisse dicit Senato-  
 rem. Testatur & Cicero in oratione pro Murena,  
 qui ait S. Sulpitii patriciatum in obliuionem celsisse.  
 Itaque se inter nouos homines equitum Romanorū  
 filios eum numerare solitū. Testatur & pro Plancio  
 ubi ostēdit, potuisse patritium Laterensem à Plancio  
 vinci in petitione ædilitatis cum Laterensis patricius  
 Plancius esset equitis Romani filius, & sanē consta-  
 bat ambos esse Senatores. marcellos omnes plebeios  
 constat fuisse, & tamen non est credibile, vel illum

quinquies Consulē, qui docuit Annibalē posse vi-  
 ci, quicq; retulit tertia spolia opima rege Gallorū tru-  
 cidato, vel illum qui ter Cōsul in mari perit Senato-  
 res non fuisse; idem de Neronibus Claudis, dixerō.  
 Nam Claudiorū alii patritii fuerunt, alii plebei, ple-  
 beiorū meminit Cicero primo libro de oratore ad  
 Quintum. Possent & plura testimonia proferri, sed  
 his volumus esse contenti. Proditum tamē memoria  
 legimus Constantini Magni beneficio Senatores oēs  
 factos esse patritios. Illud etiam quæri solet à iuris in-  
 terpretibus fuerit nē Senatoria dignitas magistratus  
 & sanē exploratum habemus Senatum magistratum  
 non fuisse, nec nostra quidem ætate putamus esse,  
 nam & magistratus singuli authoritatem habent, sin-  
 guli Senatores nullam, nisi dicendæ sententiæ, & M.  
 T. in Senatu cum sententiam diceret se frequenter  
 priuatum appellauit. Illud tamen animaduertere li-  
 cet Senatum & paruisse magistratibus, & imperasse  
 parebat. sanē cum iussu cogebatur magistratum,  
 imperabat cum Senatusconsultis magistratus obte-  
 perabant. Itaq; ex S. Consulto abdicabant se magi-  
 stratu, quibus id imperabatur, & à Rep. remoueban-  
 tur censente Senatu, & omnes Senatus dicto audien-  
 tes erant, præter seditiosos, malosq; crues, Imper-  
 riumq; vniuersum quibus temporibus rectè fuit ad-  
 ministrata ciuitas nutu regebatur Senatus. erant igitur

tur



riu privati singuli, vniuersi pondus totum Reip. sustinebant. Itaque Senatorium putabatur officium in Senatum venire, quod vtile ciuitati putaret consulere, concordiam ordinum tueri, magistratus iuuare, eorum edictis obtemperare, nisi quæ fortè per vim, ac seditionem edicerentur. Et quoniam huic vêtum est, de sententiis pauca dicamus. Senatores singuli suis locis sententias dicebant, loci autem ab honoribus capiebantur, vt primo loco Consulares, post prætorii, cæteri deinceps, vt quisque honore proximus esset sententias diceret. ordo tamen rogandi arbitrio Consulibus seruabatur. is enim statuebat quem de Consularibus primo loco, quem deinceps rogaret, eumq; ordinè, quem Calendis Ianuariis instituebat, perpetuum toto custodiebat anno. quem morè Suetonius tradit à C. Cæsare, qui postea Dictator perpetuus dictus est fuisse mutatum Consulatu primo. nã cum priorem rogare Crassum cõsuesset, postea quã Juliam filiã Gn. Pompeio locarat generum primum rogare cœpit. sunt qui dicant post novos Consules desig. habitaq; comitia eos, qui renũciati essent primum rogari solitos esse. Crediderim tamẽ habuisse Cõsules aliquid, q; respiceret in sententiis rogãdis; ad ducor autẽ Ciceronis testimonio, qui Pisone quodã Cõsule quaeritur ad Atticũ scribẽs se primũ non fuisse sententiã rogatũ, sibiq; præpositũ pacificatorem Allobrogum,

officium Senatoris

Allobrogum, idq; factum admurmurante Senatu. sed  
 tamen ait eo gaudere quod secundus locus quasi prin-  
 cipis habeat auctoritatem, sitq; ab obseruando con-  
 sule liberior, quod eius beneficio minus sit obliga-  
 tus. scrutabantur autem magistratus sententias, aut  
 per suffragia, aut per discessionem. ait enim Cicero  
 ad Lentulum scribens Lupum Trib. plebis contendit  
 se ante se oportere discessionem facere, quam Con-  
 sules, cuius orationi uehementer scribit reclamatum,  
 quod iniqua esset, & noua. & ad eundem rursus scri-  
 bit scire uniuersos, quo minus discessio fieret per Le-  
 tuli aduersarios factum esse. fiebat autem discessio  
 cum inter duas contrarias sententias in utralibet par-  
 tem transitio fiebat. unde, & ire in sententiam fere-  
 batur Senatus. Declarat M. Tul. qui de Colodio ad  
 Atticum scribens, ait, Curioni nullum Senatuscon-  
 sultum facienti ad quindecim homines accessisse, cu  
 in alteram partem iuissent CCCC. Tacitus est au-  
 thor ueteris moris fuisse Senatorem, quicquid utile  
 censeret loco sententiæ dicere potuisse, idq; sublata  
 à Tyberio Principe propter Hortensium quendam  
 Hortensii Oratoris progeniem, qui cum ab Augu-  
 sto uxorem ducere iussus esset quatuor filiis in Sena-  
 tum prolatis loco sententiæ postulauit principis opi-  
 bus suam paupertatem leuari. probare hanc opinio-  
 nem Cicero uidetur, qui prima Philippicâ loco sen-  
 tentiæ

sententia suae profectiois, reditusq; causas exponit, Antonium accusat, ut in se nimis ferum, illumq; monet unam cum collega ad Romam tuendam, ne falsa inanis gloria opinione flecteretur a recto. Iterumq; cum Tribuni plebis de moneta, deq; praesidio Consulum designatorum, quo tuto Kalendis Ianuariis in Senatum venire possent retulissent, ipse ad uniuersum bellum, quod tum cum Antonio gerebatur Senatus conuertit animos. Illa quoq; oratio, quae de aurspicum responsis inscribitur, habita praeter relationem uidetur. Obstat illud apud Lium, quod Valerius scribitur Decemuiris postulasse, ut de Rep. liceret dicere, uisuisse Decemuiros praeter id, de quo relatū erat eloqui. sed tunc turbata Resp. Decemuirum tyrannidem liberam orationem non admittebat eius praesertim, qui contra Decemuiros ipsos dicere instituisset. Illud intelligi licet, & eandem rem plures magistratus ad Senatum referre solitos, & eodem Senatu alium de re alia patres consulere, quod uetera legentibus monumenta facile constabit. Cum autem sententia pluribus capitibus inuoluta pronunciabatur diuidi consueuerat, ut de singulis rebus, atq; capitibus seorsum consulere tur. Testatur Cicero ad Lentulum postulatū est in quibus, ut Bibuli sententia diuideretur. & pro Milone diuisa sententia est postulata nescio quo, & quae sequuntur. Cum uero Senatus seditionibus

obstare

obstare cupiebat ne quid omnino cum populo ageretur decernere consuevit, qui id ad populum retulisset contra Remp. esse facturum, quod uulgatissimum fuit S. C. vel certe decernebat, si quid cum populo ageretur, id saluis auspiciis, saluisq; legibus non esse factum, aut deniq; factum censeretur per uim. in quam sententiam Cic. scribit ad Lentulum. Quod ad popularem rationem attinet, hoc uidemur esse consecutum, ut nequid agi cum populo, aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut deniq; sine ui possit. & alibi ad eundem. Qui nunc populi Romani nomine reuera sceleratissimo latrocinio, si qua conabuntur agere satis prouisum est, ut nihil agi cum populo, aut saluis auspiciis, aut legibus, aut deniq; sine ui possit. Post leges etiam perlatas, quibus Senatus offenderetur censere solebat, his legibus populum non teneri; Quod de legibus à M. Antonio latis censuisse Senatū Cicerō testatur in Philippicis. Tunc autem Senator suo loco sententiam dicebat, cum iuxta habitos honores, dignitatesue dicebat, ut Consulari loco Consularis, Prætorius uero Prætorio. Facto uero S. C. quò maiorem haberet authoritatem scribendo Senatores aderant: unde Cato, qui à mortis loco Uticensis est appellatus, aduersatus licet Ciceroni fuisset supplicationes à Senatu postulanti pro rebus in Cilicia prospere gestis. tamen cum obtinisset Tullius scribendo dicitur.

dicitur affuisse, qua etiam de re ad Ciceronem scripsit. Aderant verò scribendo vel eius gratia, cui Senatus concesserat aliquid, ut si Triumphum quis impetrasset; vel eius certè, qui retulisset, vel ipsius causæ, quam Reip. putaret vtilem. Quæritur etiam an diebus omnibus haberi Senatus posset, & sanè non poterat. Mensis enim Ianuarii diebus plusculis Senatus non cogebatur, neque mense Februario toto, nisi Kalendis haberetur. Quod Cicero scribit ad Lentulum. Senatus, inquit, ante Kalendas Februarias per. l. Pupiam; id, quod scis haberi non potest: neque mense Febr. toto, nisi perfectis, aut reiectis legationibus. Idem in Verrem. Quando hic in curiã nisi mense Febr. aspirabit? quòd nunquam esset aspiraturus. Credo etiam ludis publicis, festisq; diebus cogi Senatum nõ potuisse, nisi qua fortè res grauior incidisset, vnde Senatus legibus solueretur. Hæc de Senatu quæ traderemus habuimus longius fortasse quàm oportuerat, tum ut veterem Remp. paucis ob oculos statueremus, si cui fortè hæc nostra placeret, partim ut doceremus Senatũ simul cum Roma constitutum fuisse, præfuisseq; Reip. non propter plebis, populiue cogendi difficultatem, quemadmodum Pomponio videtur, sed quod eam gubernandi rationem cum Romulus ipse, tum cæteri Reges, ciuesq; iam liberi etiam & principes ipsi optimã statuissent.

L      EXCV R.

## EXCURSIO. XIII.

**E**ODEM tempore & magistratus iura reddebant, & ut scirent sciens quod ius, de quare quisque diciturus esset, seq̄; praeunirent edicta proponebant, quae ius honorarium constituunt. Honorarium dicitur quod ad honorem praetoris uenerat.

**L**V MEN, princepsq; peripateticorum Aristoteles in his, quae de Rep. doctissime, praestantissimeq; conscripsit, de numero magistratuum dubitat, quod uidelicet in singulis oporteat esse ciuitatibus. dubitat praeterea praestet ne rebus singulis singulos praefici magistratus, an pluribus vnum sit satis praefice, & quod ad numerum attinet, ratio certe habenda ciuitatis videtur. Turpe est enim plures esse, qui iubeant, quiq; praesint, quam qui obtemperet. itaq; in vtraq; Repub. numerum magistratuum diligenter Socrates constituit, ad easq; ciuitates accommodauit, quas munire legibus instituerat. Alteru sanè dubiam soluitur facilius, intentiusq; rem vnā aliquam singulos magistratus curaturos, quam in res varias distracturos animos; sunt tamen leuissima quaedam, quae dignitatem adimant magistratui, si sola curentur, cuius generis vni atque eidem tuto plura committi possunt. Populus igitur Romanus aucta praefertim ciuitate singulis rebus, quae in iudicium veni-

re

re possent, certas leges, quæstionesq; decreuit. Itaq; maiorum prudentiam extollit sæpenumero Cicero & cum A. Cecinã defendit, & pluribus aliis in locis, qui nullius ne minime quidem causæ actionem, quæstionemq; prætermiserint. & quoniam non omnia vnus poterat magistratus complecti diuersi creabantur. nam & aucta maiorem inmodum vrbe non duo tantum prætores Vrbanus. s. & Peregrinus, sed plures creabantur, qui & repetundarum iudicarent, & de ambitu quærerent, & de ueneficiis, & postea lege Cornelia inter sicarios. Testatur Cicero prima actione in Verrem se suis horis ad dicendum non uti ne iudicium à Glabrione prætore ad Metellum transferret, cui euenerat sorte, ut anno proximo de pecuniis repetundis quæreret, quòd is Verris amicissimus esset. Meminit & diuersorum iudiciorum, ac iudicium in Cluentiana defensione. Inde ergo ut sciret populus quod ius, à quoq; magistratum petendum esset, scq; præmuniret, nata tradit Pomponius edicta. Est autem edictum lex in certum tempus à magistratu lata, quæ cum ipso finiatur magistratu. vnde Cicero in Verrem in oratione, quæ prætura inscribitur vrbanæ edicto prætoris, qui plurimum tribuunt legem annuam esse dicunt. Constat tamen edicta quædam usu recepta, atque probata vim legis obtinuisse, ut successorium edictum, de quo. ff. eodem toto Tit.

vnde edictum perpetuum putatur acceptum, de quo alibi latius. Edictorum autem duo feruntur genera. Aut enim in totum tempus magistratus edicitur, vbi primum initur honos, aut ex occasione edicendi nascitur ratio, vt cum edixere Tribuni plebis ne qui in prouinciis damnati capitis essent Romæ manerent, cuius edicti testis est Cicero in Verrem in prætura Siciliensi. Erant & edicta, quæ translaticia dicebantur, quæ totidem verbis à superioribus magistratibus mutuabantur posteris, vel quæ ab Urbano edicto in prouincialia transferebantur. Mirum est autem de solo prætoris edicto Pomponium esse loquutum, cum & alii magistratus edicerent. vt ostendit Tit. ff. de ædilitio edicto. Credendum est tamen præstantiorem prætoris dignitatem Pomponium sequutum, sed dubitari potest vtrum ædilitia, Quæstoriaq; edicta ius conficerent honorarium, & licet nihil ausim affirmare pro certo cum prætorium solum legatur honorarium, existimo tamen cætera quoque honoraria edicta censenda, ea tamen lege, vt absolutius ius prætorium dicatur honorarium. Erat enim prætor collega Consulum, eisdem auspiciis creabatur, quod suo docebimus loco.

EXCVR-



## EXCURSIO. XV.

**N**OVISSIME, sicut ad pauciores iuris cōstituendi via itā fuisse ipsis rebus dictantibus videbatur. per partes evenit, ut esset necesse reip. per unum Consuli, nam Senatus non perinde omnes provincias probè regere poterat. Igitur constituto principe datum est ei ius, ut quod constituisset ratum esset.

**N**ON modo condendi iuris ad pauciores delata videri facultas potest, sed quod verius est neminem præter Senatum, populumq; Romanū iuris condendi autoritatē habuisse constat. Etenim consentaneum non est libertati ab vno aliquo leges accipere, nisi quem fortè serundis legibus ciuitas præferat, vt Solonē Atheniensis, Pittacum Mitylene, & si quæ aliæ legumlatores quæsierunt; quæ tamen non prius vim legum, autoritatēq; cœperunt, quam à populis acceptæ, comprobataq; fuerunt, à quibus etiam acceptæ antiquabantur vel ipsa consuetudine, quòd de Draconis legibus proditum est memoria. Itaq; Plato à Cirenensibus rogatus leges, vt suæ Reipub. diceret, recusasse traditur, quòd intelligeret ciuitatem luxu, omniumq; rerum copia iam propè collapsam leges moratas, sanctasq; iusta præcipientes, prohibentes contraria non accepturam. Quare palàm est liberos populos nullis legibus obtem-

obtemperare voluisse, præter eas, quas ipsi sibi iussissent, atque sciissent. vnde verissimum illud est libera Roma ferendæ quidem legis, ac promulgandæ ius penes magistratus fuisse, perferendæ non fuisse, siquidem tum perlata lex intelligebatur, cum Populus, Plebesue sciscebat. Itaq; ridiculum est, quod quæri vulgò videmus in principio. l. Gallus. ff. de liberis & posthumis. Fuerit nè lex illa Aquilii, an formula quedam actionis. Etenim necesse fuerit qui legem illam dixerit, illud quoque docere quomodo in magistratu tunc fuerit Aquilius, & quando populus, aut plebs illam sciuerit legem, & licet constet formulam quandam ab Aquilio traditam, quem etiam Cicero tradit actionem de dolo malo primum conscripsisse; tamen an lex fuerit sic ambitiosè à plerisq; disputatur, vt sibi videantur magnum aliquid in medium attulisse. Dicamus igitur iuris absolutè constituendi penes nullum ex magistratibus, prudentibusue authoritatem fuisse libera Roma, respondendi si consularentur penes prudentes extitisse, qui ius ipsi non constituebant, sed quid iuris esset interpretabantur. Testis est Cicero in oratione pro Murena, cum enim facile ius ciuile vellet ostendere inquit, cum de iure consulari si verè respondero, idem uidebor dixisse, quod Seruius, si falsum dixerò videbor in controuerso iure versa

si.

ri. quæ nos sententia docet non iuris, legumûc fa-  
ctores, sed interpretes fuisse prudentes. sed ad Prin-  
cipem ueniamus, cui mihi uidetur Pomponius adu-  
lari. Etenim credibile non est uirum tantum princi-  
patus originem ignorasse. quid igitur ait? cum nec  
populus facîle regere prouincias posset, neq; Sena-  
tus probè tueri propter magnitudinē imperii, prin-  
ceps est constitutus, eiq; summum ius datū, ut quic-  
quid constituisset haberetur pro lege. Nos contra  
quid dicimus? oppressa Rep. inuictōq; Romano po-  
pulo principatum cœpisse. Quis hoc negat? certè  
nemo. constat enim uictorem ciuiliū bellorum  
C. Cæsarem perpetuam obtinuisse Dictaturam, non  
quidē à populo, sed ab his, quos ipse Consulatu de-  
corauerat, quo extincto Antonius uir sanè militaris  
Cæsarianarum assertor partium, qui tū Consul erat,  
Remp. conatus est occupare, qui Roma pulsus cum  
Mutinam obsedisset, quam D. Brutus Cæsaris inter-  
fectorum unus propugnabat, superatus est tandem  
ab Hircio, & Pansa Consulibus, & C. Octauio Pro-  
pratore, qui adoptione C. Cæsaris, cui erat ex sore-  
re nepos in Iuliam familiam venerat, & C. Cæsar ap-  
pellabatur. Antonius igitur in Galliam profugit, seq;  
tum Lepido iunxit, nec satis certum est uolente ne,  
an inuito Lepido. Nam, ut Plancus ad Ciceronē scri-  
bit ultrocitōq; cursitatum erat ab Antonianis, ut  
Lepidum

Lepidum conciliarent Antonio, uisusq; fuerat Lepidus assentiri, quem ob dolorem necare se uoluit Latrentis, qui Lepido suaserat, ut Remp. tueretur, & ipsi promiserat Plancio Lepidum in Senatus, ac populi Romani potestate futurum. Ad hæc extant Bruti ad Ciceronem epistolæ de Lepidi tuendis liberis. soror enim Bruti Lepido nubserat. Ciceronis prætere ad Brutum, quibus in Lepidum acerrimè inuehitur. unde conici facile potest uolentem Lepidum ab officio recessisse, seq; Antonio coniunxisse. Plutarchus autem scribit in Antonio Lepidum Antonio Lugubri habitu barba, crinibusq; promissis ad exercitum concionante tubas canere iussisse, nè audiretur oratio, nè ue Antonium miseraretur exercitus. Illud certe constat Antonium in castra receptum, neq; Lepido nocuisse, neq; dignitatē hominis minuisse, quod certè non fecisset Antonius, qua fuit animi sæuitia, nisi Lepidi animum ante sibi cognouisset addictum. Hæc tamen hætenus, cum Lepidus, & Antonius, & ut Plutarcho uidetur, Plancius ipse, qui exercitum coniunxerat, in Italiam reuenissent, amboq; Consules interissent, & exercitus omnes haberet Octavius non procul ab urbe Bononia Triumuiratum inierunt magna cum ciuium & eæde, & proscriptione. Quo in flagitiosissimo foedere Lucium Cæsarem Auunculum Antonius Octauius tradidit interficiendum. Accepit  
contra

contra Ciceronem Antonius, cui nihil non debebat  
 Octavius. Lepidus verò Paulum fratrem necandum  
 tradidisse fertur. Hinc perspicui facile potest veram  
 illam Aristotelis esse sententiam. Animantium om-  
nium hominem esse terribissimum, vbi ad scelera se-  
mel cœperit declinare; habet enim arma prudentiæ,  
qua in astum, calliditatemq; conuersa ad omne faci-  
nus flexitur perniciosum, vt nulla fidei, nulla recti  
sit cura. Non tamen hic est deplorandi locus. Illud  
 certè iure optimo gloriabitur Bononia suo in agro  
 propè sua flumina diuisum orbem terrarum, non se-  
 cus ac patrimonium fuisse. Sensit Bononiensis ager  
 tres maximos, atque fortissimos exercitus, totidem  
 imperatores Romanum imperium inter se partien-  
 tes, quod & monumentis, posteritatiq; mandatum  
 Bononiæ nomen reddet illustrius. Scio quosdam  
 trium Imperatorum decus orbem inter se scinden-  
 tium potius, quam diuidentium Mutinæ tribuere,  
 certè nec locus procul abest à Bononia, & sine con-  
 trouersia patrum, atque auorum ætate agri fuit Bo-  
 noniensis. vnde laudabitur magis studiorum parens,  
 finibus propagatis, si modo tractus ille fuit aliquan-  
 do Mutinensium. Nec mirum sanè cum paruis pro-  
 fecta initiis, bellisq; ciuilibus exagitata, pluribusq;  
 vexata turbinibus Aemiliæ tamen imperarit vniuer-  
 sa Bononia ipsam subegerit Mutinam, cum Venetis

M trien-

triennium varia victoria pugnarit, fuderit exercitus aliquando, & Secundo Federico Imperatori potentissimo terribilis fuerit, cuius etiam captus est filius, quem Sardinia dixerat regem. Digressi tamen plus æquo sumus, quæ restât inspiciamus. Non tamen bene commissa regni societas citò dilapsa est. Lepidum enim perculit Octavius, & aliquot post annos superavit Antonium, quo socio Brutum, Cassiumque sustulerat. Cum ergo se peremisset Antonius, solus rerum potitus Octavius, totius Reip. orbisque Romani occupavit habenas, & ut rei atrocitatem nominis lenitate sedaret, nec Regem se dici voluit, neque Dictatorem sed Imperatorem, & principem, principatusque potestatem Tribunitiam nominavit, quò seruitus tegetur facilius. Nec inficior Octavianum Cæsarem, quem postea Augustum dixere, optimè solū Remp. administrasse. non tamen id quærimus hoc tempore, sed volente, oppressouè populo cœperit principatus, cuius originem latius fortè quàm oportuisset, altiusque repetitam tradidimus, ut apertius principatus ostenderemus initia. Illud tamen & Pōponio, & cæteris concesserimus Romanum populū adeo sua magnitudine laborasse, ut libertatem diutius tueri nequiret. Cum præsertim, ut Theophanes Mityleneus apud Pompeium disseruit, cum ex clade Pharsalica vnica naui vectus Mitylenam venisset, ut  
vxorem

vxorem Corneliam, quam ibi deposuerat acciperet.  
 Tum igitur Teophanes varias esse Rerumpublica-  
 rum mutationes ostendit, esseq; necesse docuit rem  
 Romanam ab vno gubernari non tamen nobis quid  
 fuerit necesse, sed quid sit factum videndum hoc lo-  
 co proponitur. Hoc igitur imperium ab Augusto  
 coeptum Augustulum habuit apud urbem Romam  
 extremum, occidentisq; ferme omnes prouinciæ Bar-  
 baris gentibus paruerunt, caruit imperio Romano-  
 rum occidēs multis ætatibus, Erulisq; Roma paruit  
 & Gothis, nonnunquam etiam Græcis donec Roma  
 ni Pontifices reginam quondam miserati terrarum,  
 urbis curam foelicissime susceperunt, auspiciisq; fau-  
 stis Romani titulos imperii restituerunt occidenti,  
 quod hodie munus pollet, ac viget, vtinamque diu  
 floreat ecclesiæ pace, concordiaq; restituta. Non, n.  
 inuidebimus Oriēti, nec cōcedimus Iustiniano foeli-  
 cioribus auspiciis restitutā Cōstantinopolim, quod  
 ipse gloriatur C. de vet. iu. enucl. l. r. s. sed & si quæ le-  
 ges. Sit igitur hæc summa, ciuū ambitionē bellis citi-  
 libus exercitatā imperiū & cōstituisse, & cōfirmasse.  
 Quæritur autem, quod etiam de Senatu supra quæ-  
 situm est, sit nē Princeps magistratibus connumeran-  
 dus, qua de re totos libros Iurisperitorū labore per-  
 scriptos videmus. Qui non esse magistratum dicūt,  
 hac sanè ratione mouentur. Princeps populi Roma-

ni munere fungitur, à quo omnem accepit authori-  
 tatem lege regia de eius imperio lata, vt habetur. ff.  
 de constit. princ. in ipso. l. primæ vestibulo. Si prin-  
 ceptus igitur totius vim obtinet populi, populus autē  
 magistratus nunquam est iudicatus, nec princeps igi-  
 tur sanè magistratus censebitur. Præterea diu obser-  
 uatum aiunt, vt hæreditatis iure succederet principa-  
 tus, cum igitur hæreditate magistratus dari non so-  
 leant, non erit utiq; princeps magistratibus ascriben-  
 dus. Huc accedit quod magistratus certarum rerum  
 creantur, vt rebus præficiantur certis. Princeps om-  
 nia præstare, atq; efficere valet, non est igitur Prin-  
 ceptus magistratus. Adde Taciti authoritatem asseren-  
 tis Principe ad Senatum aliquid referente magistra-  
 tus sententiam dicere solitis, qui principem à magi-  
 stratibus videtur secernere. Vnde sanè constabit ma-  
 gistratum non esse principem. Qui vero magistra-  
 tum esse contēdunt, primum illud asserunt, omnem  
 curam publicam magistratum efficere, quod in So-  
 lonis tabulis traditur explanatum. Addunt, & illud  
 etiam principem ab alio authoritatem habere, vide-  
 licet à populo, quemadmodum cæteri magistratus.  
 Quid enim interest ad tempus nè creetur, an in per-  
 petuum? an vni alicui rei præficiatur, an omnibus?  
 Populus se ipsum creare non poterat, magistratum  
 summa cum authoritate poterat. Nam quod dici-  
tur



tur hereditarium esse non posse magistratum, omnino negant; etenim Arist. polyticorum quarto volumine quærit, præstet nè tempore magistratum finire, an esse perpetuum. Quærit etiam alibi sit nè laudanda successio, quæ inanes certè quæstiones forer, nisi & perpetuum geri magistratum, & hereditariū liceret. Ad hæc præfectum prætorio eum locū apud principem obtinere tradunt, quem apud Dictatorē magister equitū; si Dictator igitur magistratus erat, quod inter omnes constat, cur non erit & princeps, qui in Dictatoris locum successus est? Quanquam non omnino Dictatura est principatui æquāda, quæ & sex mensibus finiebatur, ut suo loco dicetur, & aliquando Romæ a Dictatore ad populum prouocatū esse memoriæ prodigium est. Cum enim L. Papyrius censor Dictator in Q. Fabium Rutilianum magistrū equitum animaduertere vellet, quod contra Dictatoris imperium pugnauerat, viceratq; Samnytes ad populum est prouocatum, qui plus poterat, pollebatq; quam Dictatura. Verum non iure causæ feritatus est magister equitū, sed præcibus populi Romani a Dictatore donatus. Certè a principe nunquam fuit prouocatum, sed neque attinebat prouocare ab eo, qui libertatē sustulerat. Legimus tamen Vitelliū, qui menses aliquot imperauit Romæ, fuitq; a Vespasiani militibus interfectus, cū ab eo aliquādo quidā dissen-

dissensisset senator in maturã vsurpans libertatẽ, Tri-  
 bunos plebis appellasse in auxiliũ sprætæ potestatis.  
 Quod existimatum est ira potius factum, quàm vt  
 aliquid Tribb. plebis, aut populi libertati daretur.  
 Itaq; ad præces Senatus confugit; Imperator verò,  
 vt se placatum ostenderet, mirum non esse dixit, Se-  
 natorem à Senatore de Rep. dissentire. Hoc propte-  
 rea diximus, vt & doceremus vim maiorem legiti-  
 ma principatum habuisse, incussoq; metu libertatem  
 ereptam, & simul ostenderemus principem eò maio-  
 rem vim habuisse, quàm Dictatorem, quòd alteri re-  
 spectus libertatis inerat, alter potestatem omnem in  
 aliorum seruitute ponebat. Soluunt etiam authori-  
 tatẽ Taciti, asseuerantes magistratus, qui libera Rep.  
 soliti erãt creari, vt effigies aliqua, vel vmbra potius  
 publicæ dignitatis existeret sub principibus etiã re-  
 nunciari solitos, eos principe referente sententiã di-  
 cere consueuisse, neq; eam rem efficere quominus  
 Princeps sit magistratus. Ego certè in hanc transeo  
 sententiam, vt existimem imperiam omne legitimũ  
 nomine magistratus censendum. Nam qui principẽ  
 inficiantur esse magistratum, sibi persuadent detra-  
 hi de Augusta maiestate nescio quid, si fateantur Im-  
 peratorem esse magistratum. Ego contra præclarum  
 Cæsariibus existimo summum eos gerere magistra-  
 tum, & eum sanè magistratum, qui Remp. contineat  
 vniuer-

vniuersam. Sunt enim (vt Arist. inquit) omnes in rege populi; quippe qui curam omnium pariter gerit, quod maxime proprium est magistratuū. Dicit forsitan aliquis magistratus legibus subiacēt, Principes verò minime, nempe, quia soluti sunt legibus; est igitur cæteris liberior magistratus. hoc est autem maxime principi gloriosum, vt cum legibus non teneatur, sua sponte tamen obtemperet, sitq; legum instar magistratus, cuius in pectore leges vniuersæ quiescant. Satis est autem de Principe nobis hactenus disputatum. Repetit enumerans, quæ supra retulerat

Pomponius, de quibus satis, & forsitan nimis

multa nobis dixisse videmur, & quo-

niam voluminis huius satis ma-

gnitudo creuit, ad proxi-

mum accinge-

mur.

LIBRI PRIMI FINIS.



## IN LIBRVM SECVNDVM CATALE.

DE  
 REOS IN LEGEM SECVNDAM DE  
 ORIGINE IVRIS.

## PROOEMIUM.



SAPIENTIAM, qui summam, maximamq;  
 prodidere bonorum mihi sanè videntur cælum  
 (ut dici solet) rectis luminibus intuiti. Quid.n.  
 obsecro magis est hominù naturæ consentaneum,  
 quam inquisitio ueri, atque inuestigatio? Verum  
 autem quomodo quis assequatur sine sapiètia, cum in opinionibus  
 etiam, tum maxime gaudeamus, cum uerè aliquid opinati cense-  
 mur? Hæc nimirum est illa sapièntia, qua duce iungimur Deo,  
 quæ terrena exutos labe animos ad sidera tollit, quæ mortales ef-  
 ficit immortales, germanæq; patriæ memores cogit asseruari ca-  
 duca. Hanc ueteres tripartito descripsere sapièntiam. quidã enim  
 uirtutum orbem, cumulumq; dixerunt, quam finitionem tuentur  
 Stoici. Itaque nullis perturbationibus moueri sapièntem asserunt,  
 neutri subiacere fortunæ, nullos pertimescere casus, nunquam à  
 recto ne digitum quidem flectere, nihil efficere tandem cuius ali-  
 quando peniteat. Alii plurimarum rerum cognitione sapièntiam  
 definiunt, quam assidua lectione commentatione, meditatione, o-  
 mnisq; generis exercitatione comparari tradunt. Tertii in eo posi-  
 tam existimant sapièntiam, ut naturam optimam sequamur du-  
 cem, in iis præcipue rebus, in quibus hominis natura cæteris ani-  
 mantibus

manibus præstat. Illud autem postremum apposuisse uidentur, propter appetitiones quasdam, quæ cum natura nobis insunt, demande potius, subigendæq; sunt, quàm sequende. Et illam Stoicam, quæ primo loco posita est sapientiam, nescio quisnam inter mortales reperiat. Deus enim inter homines esset, cui nulla uirtus omnino deesset; Nec scire si veteras descriptiones accipias facile sapientem inuenias, cum nè hominem quidem, nedum sapientem hominem deprehendisse se putet. Cynicus ille Diogenes. Sed iam est accedendum ad ea, quorum gratia de sapientia nobis est disputatum. Ego quidem per duelles non paucos habere sapientiam cerno, & eos quidem ualidissimos, ac paratissimos ambitionem scilicet inmodicam, amorem sui, ceterorum contemptum. Addatur etiam si placet inuidia, et quæ maximè probantur honorum, dignitatum, bonæq; apud omnes existimationis cupiditates immensa, quibus tot, tantisq; aduersariis, quis per Deum fidet, atq; hominum resistat? Non fuerit igitur mirandum, me tantulum homuncionem utriq; orbatum luminibus succubuisse, manumq; dedisse, & ea improvidum, incautumq; tentasse, unde uetere pudor referre pedem: non tamen dubito si iudices nactus æquos fuero, quin uenia iudicis dignus. Nam cum P. DONATO CESIO Narniensem Præsuli, Bononiæq; Clarissimo Prolegato tantum debere, quantum nec mente concipere, nec uerbis ualeam explicare, cumq; referendæ gratiæ par non essem, quàmuis babendo referrem, continere me tamen non potui, quo minus animi grati aliquod præberem indicium, ut Antistes optimus, atq; mitissimus licet gratuita sua in omnes esse uelit officia, sentiret ta

N men,

men, quæ in nos, nomine nō nostrum immenabilia contulor, non  
 male penitus collo... se. Effectū est igitur animi facilitate qua-  
 dam, & gratificandi bene merentibus forsitan stulto, non iniquo  
 tamen studio, ut in alteram legem de origine Iuris liberet excur-  
 rere. Qua in re si peccatum est simplicitate potius est, quam ma-  
 litia peccatum. Quare lector benignus, ad quem hæc nostra per-  
 uenerint, gratis accipiat animis, secumq; cogitans me pro hac, qua  
 fungor humanitate, uirum bonum & esse, & haberi uoluisse de-  
 mentius perlegat, putetq; non omnibus Deos omnia dedisse, hu-  
 manisq; ignoscat erroribus. Sed iam de re dicendum uidetur, &  
 quoniam superiore uolumine Iuris originem, incremen-  
 tumq; Romanū tradidimus, ad magistratus expli-  
 candos, qui legum, iurisq; Interpretes sunt,  
 & ministris præperibus addicen-  
 tibus aures, secundaq;  
 omnia, factis promit-  
 tentibus tran-  
 seamus.



# Catalexeos in I. secundam

## DE ORIGINE IVRIS LIB. II.



### EXCURSIO PRIMA.



**P**OST originem Iuris, & processum cognitum, consequens est, ut de magistratum nominibus, & origine cognoscamus. quia (ut exposuimus) per eos qui iuri dicundo præsunt effectus rei accipitur. Parum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint.

Post deinde de authorum successione dicemus, quod consistere non possit ius, nisi sit aliquis iuris peritus, per quem possit quotidie in melius produci.



**P**OST cognitam Iuris originem, explicatumq; quo potissimum pacto creuerit, consequens esse tradit Iureconsultus de magistratibus, eorumq; tractare nominibus. Quoniã enim iuri dicundo magistratus præsunt, veluti causam afferre iuri videntur, per quam

N 2 id,

id, quod efficitur cognosci facilius possit. etenim qui ius dicit efficere quodam modo videtur, unde non ab re iudicabitur demonstrantium more ab efficientibus effecta cognoscere. Post vero de iuris interpretibus, prudentibusq; dicendum tradit. necesse est enim (inquit) vbi ius fuerit, ibi etiã esse qui ius corrigant si fuerit opus, inq; meliorem redigant statum. Intelligẽdum est autem ea figura Pomponium vsus, quã author ad Herennium eius operis volumine quarto transitionem appellat. Est autem transitio dictorum brevis quãdam commemoratio, & quasi admonitio dicendorum, vt est apud Vergil. in ipso vestibulo secundi voluminis Georg.

*Hactenus aruorum cultus & sydera cœli  
Nunc te Bache canam, nec non siluestria tecum  
Arbusta, & prolem tarde crescentis oliuæ.*

Et apud Aufonium.

*Hactenus descripsi fastos, si fors volet ultra  
Adiciam, si non qui volet adiciet.*

Et quoniam cognosci per causas effecta prædiximus, cognoscendi rationem apertius explanemus. Duo sunt igitur (vt probatissimis videtur authoribus) cognitionis genera, ad quæ cætera rediguntur, aut eius, quod efficitur per causam, quæ recta cognitio est, aut causarum per effecta, quæ minus propria censetur, vt cum ex variis lunæ figuris teretem ipsam,



lam, rotundamq; iudicamus, cum contra par esset  
 formarum varietatem ex orbe cognosci. lam illud  
 ignorari non oportet, magistratus efficientium cau-  
 sarum iuris locum habere. Sunt enim (vt M. Tul. tra-  
 dit in Topicis ad Trebatium) causarum efficiētium  
 genera plura. nam, & pater causa dicitur filii, & or-  
 gana, siue instrumenta efficientibus adnumerantur  
 causis, & qui vtitur efficere quodammodo videtur.  
 nihil enim temere factum putatur, sed ad suum, cer-  
 tumq; finem singula creduntur effecta. vnde, & ma-  
 gistratus iure vtentes, & quod suum est vnicuiq; tri-  
 buentes, corrigentes præterea, nonnunquam etiam  
 & ad tempus saltem constituentes, ius efficere qua-  
 dam ratione videntur. Quod autem ad constituen-  
 dum ius attinet, scire licet tribus rationibus iura cō-  
 stitui solita, aut quæ sunt perpetua, vt duodecim ta-  
 bularum leges, aut quæ tempore finiantur, vt edicta  
 Prætorum, quæ nisi præbentur vsu, vel iussu populi  
 cum ipsa finiuntur prætura, vel quæ variantur perso-  
 nis. Equites enim Romani, quemadmodum osten-  
 dit Cicero in orationibus pro Rabirio Posthumo,  
 proq; Cluentio repetundarum interrogari non po-  
 terant, æquum censentibus Legumlatoribus Roma-  
 nos Equites quo minus dignitatis haberent eò mino-  
 ribus legum laqueis vinciendos fuisse. lam, & tempo-  
 re iura mutantur: alia sunt enim belli, pacis alia. Au-

ro, carpentis, purpura vexante Italiam. Annibale interdicitum est mulieribus. Hæc omnia salua, victriceq; Rep. sunt illis restituta. Acquitatis etiam habenda est ratio. tritū enim est vulgari sermone prouerbium. Ius summum summam iniuriam esse. vnde, & iudices, & legum interpretes quodam sunt interpositi mediūq; pacto inter ius, & iniuriam; vnde Δικαστῶν Græci iudicem vocant. Crediderim etiam Νομοθέτης, siue legislatorem quodam pacto iudicem esse; hoc tamen interesse, quod Νομοθέτης in vniuersum iudicat, Δικαστῆς verò priuatim, quam etiam sententiā Rhetoricorum primo probat Arist. volumine. Tunc ergo ius corrigitur, siue constituitur cum locis, temporibus, personis, rebus accommodatur. Exempli quoq; magna vis est, etenim grauius multa plectuntur, ne transeant in exemplum.

## EXCURSIQ. II.

**Q**UOD ad Magistratus attinet initio ciuitatis huius constat. Reges omnem potestatem habuisse, iisdem temporibus & Trib. celerum fuisse constat, is autem equitibus præerat, & veluti secundum locum à Regibus obinebat. Quo in numero fuit Iunius Brutus, qui author fuit Regis eiciendi.

**R**EGIAM sanè potestatem summam in ciuitate fuisse supra quoque docuimus, sic tamen vt de rebus

rebûs omnibus Senatûm consulere, & nonnulla  
 per populum curiatis comitiis agerent, & de suo iu-  
 re nonnunquam decederent, quod in Horatiano iu-  
 dicio fecisse videtur Hostilius ad populum prouo-  
 catione permiffa. Romulum tamen tradunt extre-  
 mis temporibus victoriis elatam morem soluisse cõ-  
 sulendi Senatûs. Tarquiniûm etiam superbum euer-  
 fiffe potius, quàm consuluisse patres, cæteris Regi-  
 bus in honore maximo senatus fuit. His ergo breui-  
 ter repetitis magistratus videamus, quibus Reges  
 vsi sunt, in primisq; celerum occurrit Tribunus. Se-  
 quuntur plerique eam quam Pomponius opinionẽ,  
 nempe equitibus præfuisse Tribunum celerum. Alii  
 verò, quàm etiam sententiam Liuius non negligit;  
 trecentos viros ad corporis custodiam circa se Ro-  
 mulum habuisse dicunt, eiusq; cohortis præfectum  
 celerum fuisse Tribunum. Celeres autem appella-  
 tos, vel à celeritate ministerii, quod Regi semper as-  
 sisterent, vel à Celere quodam cuius opera in vrbe  
 condenda Romulum usum tradunt, à quo etiam  
 Remum interemptum scribunt, licet alii sentiant cæ-  
 dis authorẽ ipsum fuisse Romulum, Liuius, & Pom-  
 ponius eiusdem sententiæ sunt Iunium Brutum, tum  
 cum maxime Reges exegit celerum fuisse Tribunum,  
 eiusq; magistratus auctoritate populum ad concio-  
 nem vocasse, deq; abrogando regno retulisse. Dio-  
 nyfius

nyfius memoriae prodidit summum sacerdotiū eō tempore penes Brutum fuisse, licuisseq; per leges & ad concionem vocare populum, & habere comitia, additq; eum sibi à Tarquinio creditum honorem, vt pote fatuo, nec vim tantæ dignitatis intelligenti, ne siquidem intelligeret vsuro. Prior tamen sententia maioris partis scriptorum autoritate probatur. Patet autem secundum Regem principem locum tenuisse Tribunum celerum, quòd Lucretius Tricipitinus vrbi à Rege præfectus, (non enim Romæ aderat, sed Ardeam obsidebat Tarquinius cum illi regnum est abrogatum) ad concionem populum non vocauit, sed Tribunus celerum, nisi quis fortè dixerit extinctæ filiaē dolore cruciatum Lucretiū ne verbum quidem dicere potuisse. Maximum certè honorem Tribuni celerum constat inter omnes fuisse. Sed de præfecto vrbi suo loco dicetur. Fuerunt forsitan & Regibus magistratus alii, hi tamen annalium memoria celebrantur, reliqui forte & regno, & libertati communes in Reip. magistratibus tradendis exponendi videntur.

## EXCURSIO. III.

**E**XACTIS deinde Regibus Coß. constituti sunt duo, penes quos summum ius uti esset lege rogatum est. Dicti ab eo, quod plurimum Reip. consulerent, qui tamen ne per omnia re-  
giam

*giam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset, neue possent in caput civis Romani animaduerte-  
re in iussu populi. Solum relictum est illis ut coercere possent, &  
in uincula publica ducti iuberent.*

**L**IBERI populi Romani magistratus annuos iã hinc aggreditur iurecõsultus exponere à Cõs. initio sumpto, quòd illi Regibus successerunt, regiumq; præ se tulerunt imperium. Sunt qui asserant, quibus etiam Litius astipulatur ex commentariis Seruũ Tulli Cõsules geminos esse creatos. Bonus enim ille Rex cum generi Tarquinii nequitiam perspiceret, patriam liberare cõstituisse creditur; quod sanè fecisset, nisi scelere, atque parricidio præuētus, prohibensq; fuisset. Dionysius tamē existimat creãdorum Cõsulum consilium Bruti fuisse, in eaq; re Lacedæmoniorum Reges imitatum, hoc tamen mutasse, vt singulis crearentur annis. Nam Lacedæmoniorum Reges & ipsi perpetuo regnabant, & regnũ posteris relinquebant hæreditatis iure. Idem putat Dionysius Cõsules Græce *δυβύλας* sine *προβύλας* à cõsultatione uidelicet sumptis nominibus, quam sententiam etiam Pomponius sequitur. Fuerunt autem, vt Litius scribit, qui Cõsules à iudicando dictos censuerint, idemq; apud veteres fuisse tradiderint, & consulere, & iudicare. Cuius etiam sententiæ non vi  
O detur

detur Pomp. experti. Summū enim ius primis Coss. Datum etiam ipse significare videtur. L. Iulius prior sententia magis probatur, vt quod Reip. consulant Coss. appellentur Græci tamen posteriores, vt idem est author Dionysius ab imperii culmine, potestatisq; maiestate ~~ut~~ maluerūt appellauere. Quos. n. potestatis magnitudine præstare cæteris significare volebant, eo nomine Græci veteres appellabant. Sed ad cōsulatum omnia Regum insignia, iuraq; vniuersa primi Consules habuisse dicuntur L. Iulius Brutus, & Tarquinius Collatinus. Cautum tamen est (nè vni domino successisse crederētur duo, terrorq; geminaretur) alter vt eorum fasces haberet, tenuitq; Brutus concedente collega. Collatinus autem magistratu se abdicare coactus est, quod nomen Tarquinii libertati videretur officere, omnesq; gentis Tarquinia lege lata exulare iussi. Lucretius huic suffectus, qui cū Consulatus onera summa senectute confectus ferre non posset breui perit, in cuius locum Valerius, vel Volesius successit, is Consulatum primum in concionem ascendens fasces populo submitit, vt maius imperium populi, quam Consulatum esse doceret. Is legem de prouocatione tulit, vt videlicet a Coss. prouocare liceret ad populum. Non satis explicatum est, quo primum tempore interdictum sit Consulibus de capite ciuis Romani iudicare iniussu populi.

populi. Creditur tamen eiusdem fuisse Valerii hanc quoq; legem, quæ tamē postea Portiis, Semproniiſq; legibus sancta dicitur diligentius, atq; seuerius. Tenuerunt multos annos Consulatum patritii, post verò magnis contentionibus certatum est, vt Consulatum alter crearetur ex plebe, quæ tandem superauit primumq; obtinuit, vt plebeium liceret Consulatum fieri; post etiam, vt esset necesse, Consulq; primus de plebe renunciatus est P. Sextius, sine L. Sextius anno ab vrbe condita cccxix. In plebe quoq; aliquid certaminis seculis posterioribus fuit: nobiles enim plebeii patritiis iam facti familiares, obsessum Consulatum tenebant, nè nouis hominibus aspirare liceret, quam coniurationem C. Marius primum fregit septies Consul aduersa nobilitate. M. quoq; Tullius idem ferè gloriatur se consequutum. nam homines noui serò Consules fiebant, si qui tamen fiebant. Ipse verò suo tempore sine repulsa iactat se Consulatum esse factum. Et primis quidem temporibus nullum tempus præscriptum fuerat Consulatus adipiscendi, credo, vt virtuti pateret honos. Post verò decretum est lege per lata, vt ante tertium, & quadagesimum annum nemo Consul crearetur, cuius legis, vel certè legum (sæpius enim latæ videntur) author est Cicero Philippica quinta asserens Magnum Alexandrum, qui tertio, & trigesimo obierit ætatis

anno decem annis ante Consularem ætatem extin-  
 ctum. legibus tamen soluti sunt à Senatu, populoq;  
 Romano nonnulli, quorum eximia, singularisq; vir-  
 tus maturiore digna iudicata est Consulatu. Sed  
 quid ego dicam, aut quid ego quærar? quo recidit  
 Consulatus? nempe si titulum de Consulum officio  
 ff. inclusum legas nihil Cõsuiibus tributum reperias  
 præter ius manumittendi, sanè si seruis liberandis  
 tuus ò Iustiniane occupatus Bellisarius fuisset, nec  
 Africam recuperasses, nec de Gothis fuisset triûpha-  
 tum, nec Vitigetem Regem Byzantium vidisset. De-  
 seruerunt principes Romam, vt alteram melioribus  
 conderent auspiciis, sed eos quidem suâ fefellit spes,  
 etenim Roma Pontificum auspiciis floret, florebitq;  
 semper. non enim interire religio potest, Imperant  
 immanissimi Barbari Constâtinopoli, maxima cum  
 nostra iactura, Christianorumq; dedecore Principû,  
 qui dum partim inter se pugnant dominandi stimu-  
 lante libidine, partim Ecclesiæ repugnant, ambitio-  
 ne tetra cogente, iam Asia, atq; Africa, iam opulentif-  
 sima Europæ parte cesserunt, hostibusq; Turcis, spõ-  
 te victoriam concesserunt. fide, iustitia, pietate ter-  
 ras deferentibus, omnibus flagitiis, atq; sceleribus  
 contaminatas. Hæc tamen satis sint deplorata. Dixi-  
 mus in superioribus nihil non auspicate gessisse Ro-  
 manos. Vndè credibile sanè videtur, regium impe-  
 rium



rium auspiciato creari solitum. Cum supra quoq; exposuerimus Reges non ante regnasse, quam per auspicia annuissent superi. Videndum est igitur, quibus auspiciis Coss. crearentur. Primum quidem legibus Aelia, & Fufia cautum fuisse constat, nè tonante, fulminante ué Ioue, cum populo quicquam ageretur. Deinde etiam, quod supra memoratum est, ut loco inaugurato ageretur. Post verò, ut his diebus, quibus cum populo agi poterat, comitialibus. ageretur. Capiebat autem qui magistratum gerebat tabernaculum, propterea quod apud pomerium, quod extra urbem censebatur, Comititia in campo Martio fiebant. Dabatur cistella, ut sortitio fieret prerogatiuæ, dabaturq; operam Rogator, ut boni nominis primum in prerogatiua rogaret. Quibus autè hæc fierent auspiciis, cum de religione dicetur, si quando fuerit ocium explicabimus. Illud certè reticere non potest occinuisse soricem, vel sternutasse rogatum comititia sæpenumero diremisse. Nam quid ego de obnunciatione dicam, quæ bello, & pace valebat plurimum? Erat autem obnunciatio, qua magistratus, ut magistratum coereret de caelo se seruasse dicebat. Itaq; nihil censebatur actum, cum fuerat obnunciatum. Nec solum in magistratibus creandis, ferendis ué legibus hoc seruabatur, sed in castris Conful iam signo pugnae proposito, iam prolatis propè  
signis

signis obnunciante collega continebatur ne illo die pugnaret, vt Varroni Paulus obnunciauit, qui nisi paruiffet aliquanto ante Cannensem cladem amiffet exercitum. M. Bibulus Cæſaris in primo conſulatu collega quatuor, & amplius mēſes domi clauſus obnunciando contriuit, Cæſar tamen non mouebatur obnunciationibus, quippe qui ſibi perſuaſerat reper tam Auguralem diſciplinam, totamq; rationem auſpicioꝝ ad vulgi terrorem, vt facilius obtemperarent, & in manu paucorum eſſet Reſp. Sed & ad coerendas ſeditiones, improborumq; hominum audaciam vſui maximo fuiſſe auſpicia compertum eſt. Bibulus igitur poſtea in cōcionem productus ſæpe dixit, ſe C. Cæſare leges ferente ſemper de cœlo ſeruafſe. Pullariorum vſus in bello fuit, quem etiam in his, quæ de diuinatione cōſcripſit Cic. ridet. pulli cauea educebantur, obiiciebatur cibus, ſi non ſummebant peſſimum augurium, bonum ſi veſcebantur. Iam quoniam neceſſe erat, aliquid ex offa in terram cadere pullo, pullumq; vt reciperet roſtro tundere terrā, tripudium id ſolſtimum dicebatur. Ita q; in pullarii erat poteſtate ſi uellet auſpiciū ementiri, quod L. Papyrio Conſuli aduerſus Samnites pugnaturū dicitur eueniſſe, qui re certamine pullariorum cognita, telis hoſtium pullarium, qui ementitus erat, pro exercitu piaculum obiecit, ac vicit ille. cer-

tē. Ridiculē magis Appius Pulcher, qui non edentes pullos in mare proiici iussit, increpans si nolunt esse bibant. Reprehendet me tandem aliquis, & merito quidem accusabit, quod hæc ludibria duxerim per scribenda, feci tamen consulto, vt intelligeretur quibus artibus Resp. regeretur Romana. Eisdem nostri temporis principes, vt religionis titulo sua comoda metientes, vel potius regentes flagitia, vnde tot fecta, tamq̃ perniciose sanctam inualere Remp. Illud non prætermittendum videtur, seditionibus ciuitate laborante, cum de Dictatore creando Senatus deliberaret, eiusq̃ Magistratus potentiam nõ ferendam existimarent pleriq̃, eo uentum esse vt Gn. Pompeius Cos. vnus crearetur, ea conditione tamē, vt collegam sibi duobus proximis mensibus subrogaret, dixitq̃ Scipionem socerum suum. Et quoniã Laconum Regum supra facta fuit mentio, illud etiã addiciatur Coss. Spartanorumq̃ Regibus hoc fuisse commune, vt summum ius, summãq̃ in bello potestatem haberēt, nec ab eis dum bellum gereretur prouocare liceret. Nam si permisa prouocatio militibus foret, omnis esset extincta disciplina militiæ. Propterea cautum lege fuit, ne lex vlla ferretur in castris, ne se perlata populum teneret, metuētibus scilicet ciuibus, ne summa Cõsulis autoritas, quando omnium Centuriarum, Curiarum, Tribuum homines

nes

nes militabant, milites compelleret ad id sciendum, quod Cofs. imperassent. Quod si licuisset leges omnes Tribunitiæ quæ modo displicuissent Senatui, abrogatæ fuissent. Haftenus, igitur de Consulatu sit dictum.

## EXCURSIO. IIII.

**P**OST deinde cum census iam maiore tempore agendus esset, & Consules non sufficerent huic officio, Censores constituti sunt.

**C**ENSURAM describere aggrediētibus nobis, animaduertendum videtur imprimis parua rerum initia negligenda non esse, crescunt, n. augenturq; plerunq; ut cum postea velis obuiã ire non valeas: haud secus quam ex parua sæpè scintilla flamma oritur maxima, quæ corripit omnia, quã vix ubi libeat extinguas. Sed ad rem nobis est redeundum. Paruis initiis, atq; adeo minimis orta Censura in maxima dignationis, maiestatisq; suprema aucta est magistratum, cuius origo hæc, traditur fuisse. Cum multos annos census non fuisset populus, nec differri census posset propter ærarii difficultates opinor, Cofs. verò finitimis occupati bellis rem operosam, & minime consularem curare non possent. placuit suum, propriumq; magistratũ creari eiq; rei præfici, qui ab agendo

agendo censu, Censorium nomen obtineret. Duos igitur creauere viros Marco Geganio iterum, Tito Quintio capitulino quintum Consulibus anno ab urbe condita nisi fallor ccc xii Papyriū, atq; Sempronium, qui parum solidum consulatum exegerant, vt quod in consulatu gerēdo defuerat, suppleretur Censura. Qui magistratus vt Liuius tradit patribus gratus fuit, quò plures essent in magistratu patritii, vel fortè præfagientibus quantum honoris, atq; dignitatis esset consequutura Censura eorum ope, qui renunciati Censores fuissent. Primam quidem Censuram, ut laboris plenam, inuidiæq; obnoxiam primo res patrum recusauerūt. Et Censores quidē in quinquēniū creati fuerunt, idq; seruātū est vsq; ad Acmilium Mamercū Dictatorem, qui ius Censoriū in annum, sexq; menses contraxit, quem notauere Censores adiecta causa, quod magistratus populi Romani ius imminuisset. Sed authoritatē Censoriam videamus, vt intelligatur quibus principiis quantum postea creuerit. Primis igitur Censoribus scribarum, tabularūq; cura tributa est, & cēsendi formula. Post vero & Senatū legere, & quos vellent Senatu mouere soliti sunt. Equitatum quoq; censabant, quosq; iudicabant indignos equū vendere cogeāt. Tribu mouebant, inter ærarios referēbāt, mulctabant etiā si videretur, vectigalia populi Rom. locabant, ipsisq;

P Cen-

Cēſoribus certum attribuebatur à Senatu vectigal, quò opera, quæ utilia putarent, urbi conficere poſſent, Sarcis quoq; tectis præerant, dabantq; operã ne publicis ædificiis officerent privata. Cum verd notabant aliquem, notã cauſam ſubſcribebant, & ali quãdo populo rationẽ reddebãt. Vnde Cēſorius Ca to, cuius triſtiſſima Cēſura fuit, grauiffimas orationes in eos, quos notaret habuiſſe dicitur, multorũq; ſibi nobiliſſimorum inimicitias comparafſe, quibus per omnem vitam exercitus eſt, quaſq; ipſe non minus exercuit. Accidebat tamẽ frequentius, vt quem alter Cēſorum notaret, alter ignominia leuaret, quẽ hic Senatu mouerat ille Senatorẽ relinqueret, quod plerunq; Cenſorum interſe diſcordia faciebat. Eam de Senatus principe legẽdo cõtrouerſiam inter Cēſores fuiſſe conſtat illud certe ſeruabatur, vt qui ſemel lectus princeps Senatus eſſet, perpetuo legeretur, niſi à Cenſoribus ſubſcripta cauſa notatus ignominia fuiſſet. Marcus Cicero in ea, qua Cluentium defendit oratione multis verbis contendit Cenſoriã notam timoris magis cauſa, quam ignominia à maioribus cõſtitutã. Illud certẽ credibile mihi videtur maximam Cenſorum partem vulgi potius opinione moueri ſolitam, quã explorato aliquo, certouẽ iudicio. Cæterum in his, quid credi par ſit, ſuo quiſq; vtatur iudicio. Illud certẽ obſeruatũ eſt nẽ in de-

mortui

mortui locum Censor crearetur, seq̄ superstes abdi-  
 caret Censura. Nam cum aliquando demortuo Cen-  
 sor esset suffectus, eo iustro capta dicitur à Gallis Ro-  
 ma. inde religiosum fuit Censorem sufficere. Et quo-  
 niam iniquum videbatur penes vnum tantam vim  
 magistratus esse, se collega abdicabat. Appius tamen  
 Claudius, qui postea cæcus factus est quinquenium  
 Censuram gerere aduersantibus etiam Tribb. pleb.  
 est conatus, neq; se abdicauit magistratu, cum Plau-  
 tius eius collega secundum tempus Aemilia lege de-  
 finitum abisset magistratu, hi Censores libertinis,  
 sordidisq; hominibus in Senatum lectis, illum ordi-  
 nem sic polluerant, ut proximi Cols. professi sint in  
 concione eo Senatu stare Remp. nō posse, legerintq;  
 Senatum quemadmodum ante Claudium, & Plau-  
 tium Censores citari solitus esset. Factum est igitur  
 horum vel ambitione, vel temeritate Censorum, vt  
 in humillimorum, sordidissimorumq; manu comi-  
 tia forent, quod Cn. Flauii docuit curulis Aedilitas,  
 de qua nobis memoratum est supra, donec Q. Fa-  
 bius Censor omnem colluionem illam, ac turbam  
 nē cuius de media plebe paterent honores, in qua-  
 tuor diuisit tribus, quæ urbanae sunt appellatae, in  
 quas postea Graccorū pater Sempronius ciues tran-  
 sultit Libertinos, vt Cic. primo de oratore dialogo  
 restari videtur; quæ res adeo grata fuit, vt Fabio Ma-

ximi cognomē, quod tot victoriæ non dedetāt hinc  
 quereretur; & Sempronio Libertinorū, in tribus vr-  
 banas separatio, maximo fuit honori. Itaq; sunt, qui  
 credant Plautium male gesti honoris verecundia, po-  
 tiusq; Aemiliæ legis respectu magistratu abiisse. Ad  
 Appium tamen veniamus, qui Potitios sacrorū Her-  
 culis apud aram maximā vetustissimos antistites ex-  
 tinxit. Nam cum seruos publicos ea sacra docuisset,  
 aræq; præfecisset, duodecim familiæ Potitiorū, in qui-  
 bus triginta puberes erant, ante finem anni vertentis  
 perierunt; Ipse verò Censor, post aliquot annos me-  
 more Deum ira cæcus est factus. Quibus tamē omni-  
 bus, vniuersaq; ciuitatis cōsensui temeritate restitit-  
 set, totumq; quinquennium solus Censurā obtinuit-  
 set, nisi maluisset petere Consulatum; Et de Censori-  
 bus satis, si modo illud adiecerimus, Censuram post  
 Appii Claudii tempora, Aemilia lege sublata, potius  
 quam abrogata quinquennii fuisse.

## EXCURSIO. V.

**P**OPULO deinde aucto, cum crebra orirentur bella, &  
*quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exi-  
 gente, placuit maioris potestatis magistratum constitui. Itaque  
 Dictatores proditi sunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & qui  
 bus etiam capitis animaduersio data est: Hunc magistratum,  
 quoniam summam potestati habebat, nec erat fas ultra sextum*

m. n. cii



*mensam retinere. Et his Dictatoribus magistri equitum iungebantur sic, quomodo Regibus Tribuni Celerum, quod officium ferè tale erat, quale hodie Praefectorum praetorio, magistratus enim habebantur.*

**R**ERVUM publicarum hic sanè status, hæc conditio fuit veterum, vt antequam perfectum assequerentur gubernationis genus, maximas in magistratibus creandis paterentur mutationes, nouis semper magistratibus auctis. Neq; enim excogitari possunt initio cuncta, neque inuenta, excogitataq; perfici. Itaq; populus etiã Ro. nouis magistratibus Remp. suam iuxta temporum varietatem, opportunitatèq; munivit, cumq; bellis præmeretur assiduis, & populus frequenter Tribunitiis seditionibus agitatus ad delectum non responderet, cum à Cofs. prouocare liceret, essentq; iidem iudicaturi, quorum res agebatur. Placuit magistratum sine prouocatione creari, cui uitæ, necisq; ciuium ius esset cum in vrbe, tum etiam in exercitu; hunc appellauere Dictatorem, vel ob id, quod eius dicto obtemperarent vniuersi, vel ob id certè, quod à Consule diceretur, quasi dictus ipse dictaret aliis facienda. Credo verum esse, quod scribit Dionysius, quæsitū nomē minus inuidiosum, quodq; minus extollere eum hominem posset, qui gereret Dictaturam, multis enim rebus eius vis magistra-

gistratus coercebatur. Non enim quod inter omnes  
 constat ultra sex menses Dictaturam poterat admi-  
 nistrare, nec ascendere quidem equum, nisi tulisset  
 ad populum, populusq; iussisset. Quare magister  
 equitum est additus, qui præesset equitatu. Nec sa-  
 niè temerè Dictatorem dicebant, sed si quando pro-  
 pter tempora Reip. vel propter bellorum magnitu-  
 dinem, vel grauiorè aliquè casum res flagitare vide-  
 bantur. Dicebatur autem quemadmodum supra me-  
 moratum est, à Consulibus altero noctis silentio, qui  
 busdã adhibitis ceremoniis, quas persequi nõ huius  
 est operis; aliquando tamen populi suffragiis Dicta-  
 tor est renunciatus, Italiam urente Annibale, iamq;  
 ad Trebiam, atq; ad Thrasimenum victore. Dixit  
 autem populus Q. Fabium Max. nam alter Consul  
 Flaminius ad Thrasimenum cæciderat, ad Serui-  
 lium alterum Consulem mitti nuntius non poterat  
 hostibus per Italiam vagantibus. Livijs tamen ait Q.  
 Fabium non Dictatorem, sed pro Dictatore fuisse,  
 quòd populus Dictatorem dicere non valebat. Ego  
 tamen non video cum legem, quæ de Dictatore di-  
 cendo lata esset populus accepisset, cur Dictatorè di-  
 cere non posset; nulla enim se populus obstrinserat  
 Religione, quo minus & legè si vellet abrogaret, &  
 quem vellet diceret Dictatorem. Idem ait magnitu-  
 dine rerum à Fabio gestarum obtentum esse, vt Di-  
 ctator

Etator haberetur. Hic est ille Fabius vnus, qui nobis  
 guntando restituit rem, scutum ( vt Plutarchus ait )  
 populi Rom. Sed ad ipsam redeamus Dictaturam.  
 Omnes quidem magistratus, præter plebis ( vt qui-  
 dam volūt ) Tribunos præsentem Dictatore vim amit-  
 tebant. Præferebat Dictator quatuor, & viginzi licto-  
 res cum fascibus, atq; securibus, eratq; quemadmo-  
 dum diximus ei adiunctus equitum magister. Illud  
 verò animaduertendum est hoc loco falli Dionysiu.  
 videtur .n. sentire, quoties Dictator crearetur, Coss.  
 se magistratu abdicare, quod siquidem admittimus,  
 quid obsecro dicemus, cum Dictator, quæ fuit vete-  
 rum modestia, se octauo die, vel certè quinto deci-  
 mo, vel ad summum vigesimo abibat magistratu; no-  
 ua nè comitia erant habenda, noui creandi Coss. vt  
 quemadmodum postea sub Imperatoribus euenit,  
 nesciretur qui, cuiusq; anni Consules fuissent, & qui-  
 dam vix inuito consulatu honore cessissent; Illud cer-  
 tum est Consules Dictatori obtēpare solitos, ad eūq;  
 sine licitoribus accedere; nam nè magister quidem  
 equitum Dictatoris iniussu mouere se poterat, alio-  
 qui Dictatoris securibus erant obnoxii, vt de Curso-  
 re Papyrio supra retulimus, qui Q. Fabiu magistrū  
 equitum, quod contra Samnites aduersum suum edi-  
 ctum pugnasset, eosq; egregie vicisset securi percute-  
 re voluit, vixq; vniuerso Populo Romano supplican-  
 ti

ti hominis salutem concessit. Iddem Fabius Max. in Minutium magistrum equitum edidisset exemplū quòd cum Annibale cōtra suum edictum pugnauerat, nisi quòd fando nunquā erat auditum magistrū equitum Dictatori populus æquasset, cuius rei neminem priusquam ipsum pœnituit Minutium, qui ab Annibale circumuentus, liberatusq; à Fabio se sua sponte Dictatori subiecit, plebiscitumq; quo se oneratum, potiusquam honoratum videbat primus antiquauit. In tanta tamen potestate duos aliquando necessitate cogente constat Romæ Dictatores fuisse. Nam post pugnam, clademq; Cannensem, cum Dictator iam profectus ad bellum esset Curix solitudinem Senatus respexit, multi enim variis casibus interierant. Deceuit itaque, vt qui Censor omnium fuisset antiquissimus, is Dictator esset sine magistro equitum, asciscereturq; in Senatū, quos eo dignos ordine iudicaret. Dictator fuit M. Fabius Buteo, qui cum licitoribus in rostra conscendit, dixitq; concione aduocata, nec duos eodem tempore esse Romæ Dictatores posse, nec Dictatorē sine magistro equitum; quod igitur tempus, ac necessitas coegisset se correcturum, namq; Senatu neminem esse moturū, ne de Senatore vnus hominis fuisse videretur iudicium; & ita in demortuorum locum Senatū lecturum, vt ordo præpositus ordini, non homini videretur

retur homo, lectoq; vetere Senatu, adiectisq; septē,  
 supra centum septaginta nouis Senatoribus, statim  
 se Dictatura abdicauit, descendensq; de rostris, nē  
 officii causa, ad se deducēdum homines de foro ad-  
 duceret, priuatis se miscuit, in foroq; diu versatus, nō  
 tamen effugit quominus honestissimē domum redu-  
 ceretur. Nec solum rei gerendæ causa dicebātur Di-  
 ctatores, sed ludorum aliquando. Cum enim legiti-  
 mi magistratus ludis præesse non poterant, Dicta-  
 tor, qui præesset dicebatur, vili sane defunctorum mu-  
 nere, quadrigis videlicet signū daturus, vel reliquis  
 præfecturus spectaculis. quod sanē indignum Dicta-  
 tore ministerium videbatur. Sed tamen sic patriæ le-  
 ges, sic mores ferebant, quibus erat obtemperandū.  
 Dicebantur etiam Dictatores comitorum gratia,  
 etenim cum ad sufficiēdos novos magistratus Coss.  
 adesse non possent sine Reip. detrimento, Dictatorē  
 dicebant, annuos qui crearet magistratus, quibus re-  
 nunciatis magistratu Dictator abibat. Ad hæc clau-  
 figendi causa dictum aliquando Dictatorem cōstat.  
 Id erat huiusmodi, cum peste ciuitas laboraret, nec  
 remedium inueniretur, cum omnia quærerētur pia-  
 cula, vetus in medium adducta est superstitio. pe-  
 stē aliquando cessasse fillo clauo, eratq; carmen, quo  
 dicebatur, vt qui summus in ciuitate Prætor esset, is  
 clauum pangeret, & quoniam maxima vis summaq;

Q

maic-

maiestas Dictatoris erat, dictus est ob id ipsum Dictator. Iam cum grauior seditio, discordia uē ciuiliſ urbem præmeret ad Dictatoriam opem confugiebatur, ut cum Sp. Mellius regnū occupare uoluisse creditus est, Q. Cincinnatus Dictator est dictus cū Mala Seruiliō magistro equitum. Et in secessionē populi quadam Hortensius, quē in ipsa Dictatura mortuum supra diximus. Valerium etiam Coruinum in exercitus secessionē Dictator fuisse traditur. Erat autem exercitus eius bona pars, qui præsidebat Campaniæ. secessionis causa fuit metus, quod agitata consilia fuerant de Campaniæ ciuitatibus occupandis, ne fortē supplicio afficerentur. Quæſtionibus etiam exercendis dictum legimus Dictatorem M. Menenium, cum M. Folio magistro equitum, causa fuit si spiritio rebellionis Capuæ. Cum autem ibi quæſtionum deficiente materia, Romæ exercerentur in eos, qui fraude, vel pecunia magistratus obtinuissent, homines nobiles, non dubitarunt Dictatorem ipsum propè in ius, iudiciumq; uocare, quod dicerent eius criminis esse reum, cuius alios insimularet, sensurum propediem cum magistratu abiisset, in se torqueri quæſtiones; quæ cum accepisset Dictator, se magistratu abdicauit extēplo, dixitq; causam apud Coss. quibus negociū dederat Senatus, se esse absolutus egregiè. Illud tamē in dubium uent, à quonam Cæsar Dictator

Dictator primū sit dictus, qua in Dictatura seipsum cum P. Servilio Consulem fecit, & (vt Plutarchus inquit) vndecimo se die abdicauit Dictatura; nā (quod idem ait Plutarchus) à Senatu dictum credibile non est; nunquam enim Dictatoris dicendi sibi Senatus vendicauit auctoritatem. Cui tamē ex S. C. pleriq; à *Coss.* dicti sunt Dictatores. Itaq; vel à populo dictum crediderim, vel quod alii volunt, à Prætoſe urbano lege prius lata; vt Prætori Dictatorem dicere liceret. Cæſare quidem interfecto, M. Antonio referente, ſublata eſt de Rep. Dictatura, primum ex S. C. poſt etiam lege per lata propter perpetui Dictatoris inuidiam meminuit Cic. in Philipp. & Liu. lib. c. xv. ab vrbe condita. Ita C. Octauus, qui poſtea rerum potius Auguſtus eſt appellatus, vt inuidiam fugeret, principatus poteſtatem, non Dictatoriam, ſed Tribunitiam vocari voluit. Dionyſius tamen exiſtimat morem Dictatoris dicendi à Græcis cœpiſſe Romanos, apud Græcos inquit auctoritate magis, quam imperio regnabatur, vnde, à iure dicundo *θημιστοκίας* appellabant. Libertate verò parſa bellis vrgentibus quosdam ad tempus cum imperio præficiébāt, quos vocabant *δημοπόλις*; in quorum locum ſuffectum putat Dictatorem. Macer verò Liius cenſet ab Albanis acceptum hunc morem, qui poſt mortem Numitoris ſtirpe deficiente Regia, annuos creabant magi

frātus nomine Dictatorum insignes. Liuius autē Ci-  
 uilium, qui aduersus Tullum Rom. Regem suscepto  
 mortuus est bello, Albanorum Regem appellat. Me-  
 tium Suffetium, qui huic successit Dictatorem. sed  
 ad id veniamus, quod Pomponius asserit, Magistrū  
 Equitum, eum apud Dictatorē tenuisse locum, quē  
 apud Reges Tribuni celerū, apud Imperatores Præ-  
 fecti prætorio, & quoniam de Tribunis celerū tran-  
 segimus, de Præfectis prætorio pauca dicamus. Præ-  
 fecti quidem prætorio dicebantur, qui prætorianis  
 cohortibus præficiantur à principe, cohortes au-  
 tem prætorianæ corpus, aulamq; principis custodie-  
 bant. ipse verò Præfectus secundum Principem ma-  
 ximum dignitatis locum obtinebat. Nam, ut Hero-  
 dianus est author, omnia Principis negotia tracta-  
 bat. legebat epistolas, quæ ad Principem mitteban-  
 tur, & plurimis ipse sine Principe respondebat libra-  
 rio Principis adhibito. apud eundem Herodianum,  
 aliosq; nonnullos legitur, duos Præfectos prætorio  
 eodem extitisse tempore, putantibus scilicet Princi-  
 pibus, tantam potestatem, duobus tutius committi.  
 Certè Præfectus prætorio & iudicabat multa, & ab  
 eo non prouocabatur Principum intercedente de-  
 creto. quod constat lege vnica. ff. de officio præfo-  
 cti prætorio. Sed iam peragendum videtur ad re-  
 liqua.

EXCVR.



## EXCURSIO. VI.

**I** SDEM temporibus, cum plebs à patribus secessisset anno ferè septimo decimo, post reges exactos, Tribunos sibi in monte sacro creavit, qui essent plebei magistratus, dicti Tribuni, quòd olim in tres partes populus divisus erat, & ex singulis singuli creabantur. Itemq; ut essent qui adibus præessent, in quibus omnia scita plebs deferabat, duos ex plebe constituerunt, qui etiam *Medii* appellati sunt.

**T** RIBUNORVM Pleb. quorum supra meminimus magistratus origo, atq; authoritas, nobis est exponenda, altius sumpto principio, veteribus legibus, moribusq; Romanis statuebatur, vt qui vni deberet alicui, si soluendo non esset, duceretur, necereturq; , ac fieret deniq; creditoris mancipium. Ita q; cū assiduis bellis incultus Romanus esset ager, & suo sumptu militaret exercitus, multi pecuniã mutuabantur, quorum æs alienum cumulabatur vsuris. Ita fiebat, vt bonis omnibus diuenditis, corpora tandem in seruitutem ducerentur, in quæ sceneratores omnium hominum perniciosissimi acerrimè seuebant, neq; tantæ indignitati obuiam ibat Senatus, vel quòd fidem tuendam censebat, vel quòd tunc vulgò magis credebatur artibus, & gratia sceneratorũ. Ita q; plebs indignata magistratibus obtemperare nolebat,

lebat, neq; in delectibus nomina dabat. Bisq; decepta semel à Seruilio Consule, iterum Dictatore Valerio, qui promiserant causam pleb. nexorumq; post bella, quæ tum gererentur Senatui curæ fore. Cum etiam post abdicationem Valerii, qui calamitatem ciuium miseratus abierat dictatura, educi Patres iuberent exercitum, Sicinio quodã authore, vt Liuius tradit, in sacrum montem plebes secessit, in Auentinum secessisse author est Piso, neq; reuocari potuit in urbem, nisi creato magistratu plebeio, cui aduersus Cofs. auxilii latio esset, quæ origo, quodq; initiũ est Tribb. pleb. Pomponius tres primum creatos asserit, Liuius duos, quos sibi tres collegas coaptasse tradit. Ita quinq; Tribb. pleb. creati sunt circiter annum ab vrbe condita CCLXII. Tribunos autem appellatos quidam putant ab auxilio tribuendo. Alii à tribubus, erat enim in tres tribus tunc Roma diuisa, quæ postea xxxv. tribus habuit. Vnde verius videtur, tres primum creatos, quàm duos. Nam quod ad comitia tributa spectat, sciendum est, primis temporibus Centuriatis comitiis creari solitos Tribunos, post verò Volerone quodam legem ferente tributis comitiis creari cœpisse, nè patritii interessent, quæ res plus dignitatis ademit comitiis quàm attulit vtilitatis. Voluit autem plebes sacrosantos esse Tribunos, nè videlicet violarentur. Et Cicero quidẽ

in

in oratione pro Cornelio Balbo, nihil sacrosanctum esse testatur quod populus, plebsue non sacrauerit, id est non decreuerit esse sacrosanctum. Itaque foedera, quae iubente populo feruntur sacrosancta sunt, obstringuntque populum Religione, quae vero iubente Senatu sine populo ferrentur, cuiusmodi foedus dicitur Gaditanum, sacrosancta non habebantur. Lege sunt igitur sacrosancti facti Tribuni. potuerunt tamen dedi hostibus coacti se magistratu abdicare prius; quod in foedere Caudino, vel certe foederis ferendi sponsione usu venisse memoriae proditum est. Duo tamen apud Liviū vrgent loca: ait enim Tribb. pleb. mille passus ab vrbe, in aliorum quirritium esse numero. Idem ait missos ad reuocandū Scipionem, qui primus Africanus fuit nuncupatus cum praetore, & legatis duos Tribb. pleb. qui hominem reducerēt iure sacrosanctae potestatis. Quod enim ius erat in Sicilia, vel Africa, si mille passus ab vrbe cessabat: nisi forte dicamus noua lege auctoritatem Tribunis ad exercitus etiam fuisse propagatam, cuius tamen legis nullam hactenus reperi mentionem. Erant autem Tribunorum pleb. iura tria, auxilii latio, ad hoc enim creati fuerunt. quare appellabantur Trib. pleb.: ab iis, qui se aliqua affectos iniuria a Cos. Praetoribusue, aut reliquis magistratibus existimabant. Senatum etiam aduersus non parentes magistratus Tribb. appell-

appellasse legimus. quare aucta est Tribunitia, vel potestas, vel audacia, vt etiam Coss. in vincula duci iuberent. Alterum ius intercessionis erat, vnus enim si intercessisset Tribunorum nihil omnino factū erat, fieri uē poterat, tanta uis intercessionis erat. Itaq; & S. Consultis intercedebatur, & plebiscitis, quod remedium habebat Senatus contra Tribunitia tela, aliquem ex collegio intercessorem parare, raroq; Senatus Tribunis caruit, quærentibus plerisq; gratiam melioris partis. Tertium ius præhensionis erat, ubi Gellius acticarum noctium libro XIII. scriptum reliquit præhendendi ius habuisse Tribunos, vocandi non habuisse. quod probat & M. Varronis autoritate, & Antistii Labæonis. diem quoq; dicebant Tribuni, adesseq; iuebant, accusabantq; ad plebem, multam dicebant etiam, & capitis anquirebant. Senatus uerò cum rogationibus Tribunitiis volebat obsisti, decernebat eas leges ferri non placere, contra Rempublicamq; facturum qui ferret, & latis iam legibus per vim, contraq; auspicia latis, hisq; legibus populū non teneri statuebat. Bis tribunitia potestas sublata de Rempub. fuit. Semel creatis Decemuiris sine pro uocatione, quam plebs secessionem restituit. iterum Dictatore Sylla, quæ à Cn. Pompeio restituta est, cuius redditæ restitutorem ipsum sæpe pœnituit. Plebis autem ædiles, quorum meminit hoc loco Pomponius,

ponius, licet à curandis ædibus dicti videantur, tamen & viis etiam intra urbem præfecti erant, & venalibus rebus præcia cõstituebant, de quibus mox erit sermo cum ad curules venerimus.

## EXCURSIO. VII.

**D**EINDE cum ærarium populi auctius esse cepisset, qui illi præessent constituti sunt Quæstores dicti ab eo quod inquirenda, & conservanda pecunie causa creati erant.

**Q**VÆSTVRAM ætarii curandi, tuendiq; causa repertam satis inter omnes constare video, qui magistratus iuuenibus dabatur, vt paulatim assuescerent Reipub. vt ingenii, indolisq; periculũ facerent, & quid sperandum esset proponerēt. Propterea institutum est, vt suis prætoribus Quæstores loco liberorum essent, quam necessitudinem M. Tullius pluribus locis confirmat, obtinuitq; nè Q. Cæcilius Verrem accusaret, qui quæstor eius fuerat, existimantibus iudicibus, quæstoriæ necessitudinis vinculum tolli, si paterentur à quæstore prætorem accusari. Et primis quidem temporibus duo creabantur quæstores, post verò placuit adiici duos, qui Cõs. adessent. Crescentibus autẽ provinciis, in singulas singuli mittebantur quæstores. Duo tamen in vrbe manebant, qui urbani quæstores dicebantur, quod & urbano

R præ-

præfent ærario, & sumptibus, qui in vrbe fiebant. Itaq; quæftores vrbanos ipfum Populum Ro. Cic. vo-  
 eat in quadam epiftola his fermè verbis. De præda  
 mea, præter quæftores vrbanos, idelt ipfum Popu-  
 lum Ro. Terenciũ nec attigit, nec tacturus elt quis-  
 quam. qui verò in prouinciam mittebantur quæfto-  
 res, pecuniam, frumētum, omnia deniq; quæ ad Ro-  
 manum fpectabant populum, accipiebant, vnde ale-  
 bantur exercitus; omnium deniq; confiliorum Con-  
 fulis, fiue Prætoris participes erant. In urbem autem  
 reuerfi, rationes in ærarium referebant, primum qui-  
 dem imperatoris arbitrato, cuius fuerat quæftores,  
 pofttea verò lege Iulia ftatim poft reditum, fi quidẽ  
 vnà cum prætore reuertiffent, fin minus vbi primũ  
 reuertiffent. Animaduertit Cic. confueffe veteres cũ  
 è prouincia decederent, quæftores præficere, præpo-  
 nereq; legatis, quod & ipfe è Cilicia decendens affe-  
 rit fe feciffe. Iudicia quæftores dare nè poſſent dubi-  
 tatum elt propter Ciceronis authoritatem, qui à Q.  
 Cæcilio quæftore iudicium factum, ſublato tradidit  
 à Verre. Crediderim ego tamen abſente prætore iu-  
 dicia dediffe quæſtorẽ; præſente verò de his modo  
 iudicaſſe, quæ ſui muneris erāt, in aliis iudicãdi vim  
 non habuiſſe. Illud quoq; conſiderandum videtur vti-  
 cio datum quæſtoribus, ſi de prouincia deceſſiffent,  
 anteq; eis eſſet ſucceſſum. nonnulli autem deceſſe-  
 runt,

ruat, ut novos peterent magistratus, quorum, ut dicebam ambitio præpropere reprehensione non caruit. Illud etiam legitur vinculorum, victorumque, in exercitu curam penes quaestorem fuisse, quod & Livii, & aliorum autoritate probatur scriptorum.

Quæsturam vetustissimam fuisse asserunt ferè omnes. Tacitus Reges ait habuisse quaestores, cuius sententiæ author est etiã Vlpianus l. singulari. ff. de officio Quaestoris ipso legis initio, qui ut de Romulo, & Numa Pompilio, dubitat habuerint nè quaestores, sic asseuerat Tullum Hostilium habuisse. Addit eadem lege præter urbanos, provincialesque quaestores ab imperatoribus creari solitos, qui candidati principis appellarentur, quorum esset munus, imperatoris epistolas in Senatu legere, eos etiam quaestores, quibus Reges sint vsi à populo creatos asserit comitiis opinor curiatis ante Scr. Tullum, quem centurias diximus constituisse. Quod si verum est, cum ipsa ferè Roma & orta est, & creuit quaestura. Sunt qui dicant Dictatorem Syllam viginti creasse quaestores, quod etiam significare videtur Tacitus, quod ego quoniam apud classicos non reperio, incertum legenti relinquam. Et de quaestura quidem satis.

## EXCURSIO. VIII.

**E** T quia ( ut diximus ) de capite Cuius Romani in iussu populi non erat lege parvissum Coss. ius dicere, propterea Qua-

R 2 Stores

*Stores constituebantur à populo, qui capitalibus rebus præessent, hiq; appellabantur Quæstores parricidii, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum.*

**P**ARRICIDII Quæstorú exigua, vel propè nulla apud Historicos memoria est; itaq; nec de numero liquet, nec quibus comitiis creari sint soliti, satis videtur exploratum. Illud certè credibile non est ademptam Coss. potestatem alteri magistratui, & ei quidem minori populum mandasse. Itaq; illis assentiendum crediderim, qui eam Quæstorum parricidii fuisse authoritatem confirmant, quæ sub principibus fisci aduocatorum fuerit, inquirendi scilicet, ac deferendi. Et quoniam ad quæstiones uentú est, de iudiciis, quæstionibusúe pauca dicantur. Describit igitur iudicium M. Tullius in Cluentiana defensione, id esse dicens, in quo & culpa sine inuidia plectitur, & culpa vacans inuidia deponitur. Iudiciorum autem publica quædam fuisse, quædam priuata neminem ambigere credimus. Priuata iudicia rerum erant priuatarum, de quibus iudex plerunq; à Prætoré datus, nonnunquam ex vtriusq; partis commodo sumptus transigebat. Erat & recuperatorium iudicium, dabantur recuperatores à Prætoré in his causis, in quibus vel sponsione certabatur, vel malè iudicatum contendebatur, vel certè ius ammissum recuper-



perabatur. Dixit apud recuperatores M. Tullius pro Cecinna, meminitq; recuperatorum & in Verrē frequentius, & in L. Flacci defensione. Cum verò partiū consensus ad iudicē ibat, cumq; dabat Prætor in certa verba pronuntiari sententiam oportebat, eadem ratio recuperatorum erat. Habebat igitur, quod respiceret Iudex, & quasi totius iudicii metam verba; in quā iudicaturus erat. Iudex autem corrogabat sibi homines in consilium, quibus authoribus iudicabat, tametsi iuris esset peritissimus: Itaq;, & C. Aquilius, apud quem Cicero pro Quintio dixit, consiliū habuit, & Piso, quo iudicāte Q. Roscius Comædus defensus est. & ad iudicia quidem priuata tot sint nobis accommodata. Nam quod asserunt quidam, priuata iudicia solum in iure versari ciuili, nobis non omnino probatur. etenim (vt primo de Oratore dialogo, Crassus apud Ciceronem ait) maximæ causæ in iure ciuili versantur, quarum exempla ab eodem Cicerone ducuntur. Mancinus Numantinis deditus, neque receptus ab hostibus, postliminio reuersus, in Senatū venit, negat Prætor eum esse Senatorem, qui sit iussu populi deditus. tota hæc controuersia in iure ciuili versatur. Paterfamilias, qui vxorem in Hispania duxerat, Romam reuersus alteram duxit, nec nuntium remisit priori, quæritur vtra sit uxor. nam si non fuerit iudicatum repudiatam fuisse priorem, constat

constat secundam concubinam esse, nothosq; liberos. Sed quid opus est omnia recensere? ab ipsis petantur fontibus, nos ad quaestiones publicas accedamus. Publica sanè iudicia dicuntur, quæ ad Remp. potissimum spectant, quod latius utiq; patet. non enim ea solum, quæ ad statum Reip. pertinent, vt maiestatis, peculatusue publica iudicia vocantur, sed omnia, quæ publicè vindicantur, quæq; publicam desiderant animaduersionem; vnde Cicero in Miloniana defensione scriptum reliquit omnem vim, quæ in libera ciuitate susciperetur, contra Remp. esse. Itaq; cædis quaestiones, aliaq; istiusmodi vniuersæ publicis transigebantur iudiciis. Illud præterea scire licet, nullam fuisse quaestionem (quod Cicero plerunq; prædicat) quam certa lege Romani veteres nõ sint complexi. diuidebantur præterea iudicia publica in ea, quæ suis, propriisq; fiebant legibus, & ea, quæ extra ordinem iudicabantur. Quæritur M. Tullius Milonem defendens, quòd de Clodii cæde quaeratur extra ordinem, cum licuisset veteribus quaeri legibus, aitq; si per furiosum Trib. pleb. Senatui, quod volebat face- re licuisset, nullam extra ordinem quaestionem de Clodii nece fuisse futuram. Quærebatur igitur extra ordinem, cū Senatus noua lege, nouisq; iudicibus quaerendum censebat, legem accipiente populo. Vt cum bonæ Dæ violata sūt sacra, viro (quod nephas erat) intra

intra Pontificis Max. dum pro populo fieret reper-  
to. Cum Pontifices, vestæq; virgines decreuissent  
violatam Religionem, sacra polluta instaurari o-  
portere. Censuit Senatus, vt Coss. ad populum fer-  
rēt, liceret Prætori suo arbitratu iudices legere, quo-  
rum consilio vteretur in uiolatæ religionis iudicio.  
quæ lex alterius Consulis malignitate, fraudeq; per-  
lata non est. Itaq; ordinariis iudicibus rogatione fu-  
si Tribuni pleb. causa est acta, absolutusq; Clodius  
empto, corruptoq; iudicio. Meminit Cicero, primo  
libro epistolarum ad Atticum pluribus locis. Cau-  
sam quoque M. Cælii videtur significare Cicero ex-  
tra ordinem iudicatam, cum reus accusaretur uenefi-  
cii, quòd venenum parasse diceretur, quo Clodium  
necaret. Nihil tamen, aliud affertur, cur extraordi-  
narium videatur iudicium, quàm quòd festis, ludisq;  
publicis cum cæteræ quæstiones cessarent celebrare-  
tur, quod in ipso exordio Cælii defensionis apud M.  
Tullium cernitur, & de extraordinariis quidem iudi-  
ciis tot sint dicta. Iudicabat autem populus ipse,  
plebesue, vel certi iudices ad id ipsũ sorte ducti, de  
quibus mox dicitur. Ad populum autem, plebemue  
accusabant die reis dicta quæstores, Aediles, Tribu-  
ni pleb. de quæstoribus exemplo sit M. Volsci iudi-  
cium, is falsum testimonium dixerat aduersus Cæso-  
nem Quintiũ Cincinnati filium, quo crimine ado-  
lescens

ascens clarissimus ciuitate pulsus est, quod cum po-  
 stea cognitum fuisset testis ipse damnatus, in exilium  
 abiit. Aediles verò non solum pecuariis diem dice-  
 bant, sed matronis etiam stupri compertis, cuius rei  
 nihil est opus exemplo, cum plenæ sint omnes histo-  
 ria. Eadem ratio tribunorum est plebis, qui quos in  
 inuidiam adducere volebant, adesse iuebant, vt ne  
 superiori quidem pepercerint Africano, nec sanè M.  
 Furio Camillo vrbis Romæ alteri conditori, sum-  
 mæ grauitatis, fidei, iustitiæq; viro. Coss. autem utrū  
 diem dicere, ad populumq; accusare sint soliti, non  
 satis authores explicant. Credibile tamen est hoc ac-  
 cusandi genus indignum consulari maiestate iudica-  
 tum esse. Veniamus nunc ad selectos ( si placet ) iu-  
 dices, & primi quidem, qui iudicasse traduntur equi-  
 tes Romani fuerunt, quibus temporibus seuerissimè  
 iudicia fuerunt administrata. Post verò cum Senatu  
 communicata sunt iudicia, sicq; iudicatum ad Syllæ  
 Dictatoris dominationem, qui vim omnem potesta-  
 temq; iudiciorum transtulit in Senatum, & Senato-  
 ria quidem iudicia, turpissima sunt existimata. quam  
 rem Cicero Verrem accusans sæpe quæritur, iudici-  
 busq; minatur acerrimè, nisi rectè iudicauerint. Gn.  
 deinde Pompeius legem tulit, vt ex tribus ordinibus  
 iudices legerentur, ex Senatu scilicet, equestri ordi-  
 ne, ærariiq; tribunis. C. etiam Cæsar leges tulit iudi-  
 ciaras.

diarias. Sed non est opus omnia, quæ ad iudicia pertinent hoc tempore persequi. Mos autem his erat, ut Prætor urbanus iuratus in suum annum iudices legeret, qui Selecti iudices vocabantur. Huius consuetudinis Cicero meminit pro Cluentio: Cum ergo nomen alicuius deferebatur, certus numerus iudicum extrahebatur sorte, deinde reiectio fiebat. Reiciebantur autem iudices, & ab reo, & ab accusatore, qui suspecti, incommodiue alterutri parti videbantur. Sed quia reiciendi modus non erat, cautum est lege certus ut iudicum numerus reiceretur, ne reicerentur uniuersi, quod contigisse aliquando memorie proditum est. De accusatore quoque certabatur quæ disceptatio vocabatur diuinatio, cuiusmodi est de Verre accusando Ciceronis in Q. Cæciliam diuinatio. Fuerunt Romæ præterea Decemviri litibus iudicandis, quos iudicasse crediderim, cum de iudice non conueniret, cumque dubitaretur qua actione certandum esset. Meminit horum Cicero in defensione A. Cecinæ. Erant & Centumviri, apud quos maximæ dicebantur causæ etiam hæreditatum, ut illa Curiana, quam Cicero tetigit primo ad Q. Fratrem dialogo. Sunt qui credant eosdem, qui prius Decemviri fuerint, postea ad centum auctos fuisse, qui sanè falluntur cum M. T. in eadem oratione pro Cecinna & Centumvirorum meminerit, & Decemvirorum. Il-

S lud

Ilud præterea videtur animaduersione dignum iudices de singulis causis iuratos solitos esse iudicare.

Tribus autem verbis pronunciabant, vel non liquere asseuerantes, seu amplius pronunciantes, vel certè absoluentes, vel condemnantes, dabanturq; tabellæ, quibus sententiæ perscriberentur, & sanè Cornelia lege iudex quæstionis adhibebatur in causis, qui prætori semper assistebat, quærebaturq; de reo, vellet nè clam, an palã de se sententias ferri. Testis est huius Corneliæ legis M. Tullius in ea, qua Cluentium defendit Habitum oratione. Hæc habuimus, ex multis pauca, quæ de vetere iudicandi more diceremus, vñ de colligi sanè potest exiguam admodum authoritatem, penes quæstores parricidii fuisse, de quibus nobis certus erat sermò, ad eos nos ducète Pomponiò. Res tamen poscit vt eatur ad cætera.

EXCURSIO. IX.

**E**T cum placuisset leges quoque ferri, latum est ad populum, ut omnes magistratus se abdicarent, & Decemviri constituti sunt anno uno. Hi cum magistratum prorogarent sibi, & rem iniuriosè tractarent, neque uellent deinceps sufficere magistratus, ut ipsi, & factio sua perpetuo Remp. occupatam retinerent, nimia, atque aspera dominatione eò Remp. perduxerunt, ut exercitus à Repub. secederet. ¶ Initium fuisse secessionis dicitur Virginius quidam, qui cum animaduertisset Appium Claudium

*Annam contra ius, quod ipse ex uetere iure in duodecim tabularum  
 transtulerat uindicias filiae suae à se abdicasse, & secundum eum,  
 qui ab eo suppositus in seruitutem petierat dixisse, captumq; amo  
 re uirginis omne fas, ac nephas miscuisse indignatus quòd uetu-  
 stissima iuris obseruantia in persona filiae suae defecisset ( ut pote-  
 sum Brutus, qui primus Romae Consul fuit, uindicias secundum  
 libertatem dixisset in persona Uindici Vitelliorum serui, qui pro-  
 ditionis coniurationem in iudicio suo detexerat ) & castitatem filiae  
 suae, uita quoque eius preferendam putaret. abrepto cultro de ta-  
 berna lanionis filiam interfecit, in hoc scilicet, ut morte uirginis  
 contumeliam stupri arceret, ac protinus reuens à caede, madentemq;  
 adhuc filiae cruore, ad conuulsiones confugit, qui uniuersi de Al-  
 gido, ubi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis diuicibus  
 pristinis signa in Auentium transtulerunt, omnisq; plebs urba-  
 na mox eodem se contulit, ita populi consensu partim Decemui-  
 ris in carcere necatis, partim in exilium actis, rursus Resp. suam  
 statum recepit.*

**Q**UOD ad Decemuiros quidem attinet supra  
 nobis explicatum est, quare lētius, ac breuius  
 rem hoc loco transigemus. accusant sanè nonnulli  
 Iureconsultum, quòd bis iam Decemuiros, quasi in  
 scenam tragicam produxerit, opportuerat inquirīt,  
 vel omnia protulisse supra, vel in hunc locum uni-  
 uersa seruasse. defendi tamen (nisi fallor) Pomponius  
 potest: nam in superioribus ad leges accōmodauit

Decemviroꝝ memoriam. hoc verò loco magistratus ipsius vim, atque flagitia declarat. nos verò, qui (vt initio diximus) loco superiore, singula pro instituta breuitate retulimus, hic tantum expediemus, quantum ibi censuerimus prætermisissimum. Duos igitur exercitus eo tempore populus Rom. habebat; alterum in Algido aduersus Aequos ea tempestate populos Italiæ, quorum nunc vix annalium extat memoria, qui tamen multos annos populum Romanum vexarunt; alterum in Ereto aduersus Sabinos, vterq; exercitus rem malè gesserat: vinci. n. malebat miles, q̄ auspiciis, ductuq; Decemviroꝝ vincere. vterq; a Repp. secesit exercitus, tuncq; viginti creati sunt suffragio militari, decem vtroq; exercitum dante, qui Tribuni mil. sunt appellati, quos quidam primos militares Tribunos Romæ in legionibus fuisse tradunt. Mirum tamen est nec apud Reges, nec post Reges exactos vsq; ad ea tempora tribunos fuisse militares in legionibus. Sed hoc quoniam intelligi nequit aperte, pro cuiusq; iudicetur arbitrato. Illud certè quod apud Liuium legitur. Tribb. militum maximè decorat auctoritatem. A. Cornelium Cossium Tribunum militum secunda spolia opima Ioui ferentrio retulisse, vel certè Marti. Sunt. n. qui dicant in commentariis Numæ regis scriptum fuisse prima spolia Ioui opima ferenda, Marti secunda, tertia Quirino, quibus



quibus etiã Plutarchus assentitur. Non tamẽ Tribb. militum ea dignitas erat; vt opima spolia ferrent, tametsi hostium Imperatorem peremissent. Sed Liuius ipse sibi non sane constat. Ait enim Augustum, cum in templum Iouis feretrii, quod restituerat ingressus esset in thorace linteo legisse A. Cornelium Consulem secũda spolia opima retulisse; quod verius esse videtur. Etenim opima dicuntur spolia, quã de Imperatore perempto referret Imperator, veriq; Imperatores erant Coss. & Dictatores. Sed in tanta vetustate, tantisq; historiã tenebris difficile ad modum est rem exactam affirmare. Hac vi subacti Decemviri coacti sũt abire magistratu, dictaq; a Plebis Tribunis die duo in carcerem coniecti periere Ap. Claudius, & Sp. Oppius. Oppio obiiciebatur inter cætera (nam is quod in vrbe fuerat proximus erat inuidiã Claudio) quod infontem ciuem Romanum verberasset, cum cæsus non recusaret iterum a priuato vapulare, si quid causã inuentum in se fuisset: ambo tamen ante iudicii diem sibi mortem conscis se dicuntur. Certẽ nullo populi, plebisuẽ decreto necati sunt, nisi fraus occulta Tribunorum pleb. accesserit, quod non legimus. Erant autem puellã Virginie, quam pater occiderat tres necessarii eo ipso anno Tribuni pleb. cum patre Virginio sponsus Icilius, & auunculus Numitorius. Illud certẽ ab omnibus traditur.

ditur scriptoribus summam pudicitiae curam mulieribus veteribus fuisse Romanis. nam, & temetum bibisse vitio dabatur, iudicabaturque; signum impudicitiae. Unde cognati, atque propinqui frontes mulierum ofculari dicuntur soliti, ut experiretur olerent ne vinum. Et quidem quod ad Decemviorum attinet magistratum, nobis ipsis, aequo videmur prolixiores. Verum illud praetermittendum non est, quod a Iuba traditum Graecorum quidam memoriae prodiderunt, Romanos scilicet, in numero eorum, quos ad honores prouehabant, Pythagoricum quiddam secutos esse: inquit. n. quonia si ab uno recesseris, duo tibi occurrunt, geminatis videlicet unitatibus, duos Coss. creauerunt, vnum solum numen esse putantes. & quoniam perfectissimas volebant leges, atque plenissimas, estque decumus ille numerus omnium finis numerorum, omni que ex parte perfectus, Decemuiros merito legibus creare ferendis. Quae mihi disputatio acuta sane videtur, incerta tamen, atque infirma. Illud enim Aristotelis magnopere probo, quod est quarto Politicorum volumine, nec plures, nec certe pauciores in Rep. magistratus esse creandos, quam res postulet, & publicae vel utilitatis, vel necessitatis ratio. et Romam quidem admodum sero migravit philosophia, itaque hunc Pythagoricum scopum non videntur intuiti Romani. Fuerunt & alii Decemviri

cris

eris faciendis, & Sibillini sacerdotes, cum ante vtriq;  
 Duumviri fuissent. mirum autem fuerat in his om-  
 nibus perfectum illud spectatum fuisse; nam quòd  
 dicunt, qui numeros ad calculum redigūt, imparem  
 semper in auguribus servatum, facile diluitur. nam,  
 vel ea religio fuit quæpiam, vel veteri obtemperatū  
 cōsuetudini, vel quod est verius, Tribuum antiqua-  
 rum est ratio servata, quæ tres fuerunt, totidemq;  
 initio augures. Post verò ad nouem auctus est numerus  
 vt augures terni singulis Tribubus accommodaren-  
 tur. Sed de sacerdotiis, sacrisq;, ac Flamiis longior  
 exigitur disputatio, quæ nobis hoc loco non est su-  
 sciipienda. Plutarchus quidem librum de causis, quæ  
 ad Romanam Remp. spectarent conscripsit, vbi ad  
 philosophiam omnia refert. mihi certè rudiores ve-  
 teres Romani vidētur. sed nos iam sequentia vocāt.

## EXCURSIO X.

**D**EINDE cum post aliquot annos, quam duodecim taba-  
 le latus fuit, & plebs contenderet cum patribus, & velles  
 ex suo quoque corpore Consules creare, & patres recusarent. fa-  
 ctum est, ut Tribuni nati crearentur, partim ex plebe, partim ex  
 patribus Consulari potestate, hiq; constituti sunt vario numero.  
 Interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, notumque cum  
 pauciores.

**N**ATI Romæ videtur Tribb. pleb. vt quieti, p̄  
 ciq; publicè semper officerent, & non secus,  
 ac perniciosi nautis venti nouis fluctibus, nouisq; tē  
 pestatibus populum exagitarent. sed in hac re, de  
 qua sumus acturi parcēdum Tribunis existimo, ex-  
 periri scilicet volentibus, num in plebe viri fortes o-  
 riri possent, qui summo magistratui gerendo pares  
 essent. Tum demum libertatem æquam omnibus  
 fore Tribuni censebant, cum nulla pars populi ho-  
 noribus excluderetur. Promulgant igitur legem,  
 vt alterum Consulem liceret ex plebe facere. Post  
 uerò patrum credo clamoribus, ac iurgiis conci-  
 tati tulerunt, vt omnino alterum de plebe *Consu-*  
*lem* fieri oporteret. Sunt qui promulgatum dicant,  
 vt Consulem vtrunq; siue ex patribus, siue ex plebe  
 libero suffragio populi creari liceret; Id vero Patri-  
 tii ferendum minimè putabant, non enim honores  
 communicari, sed pelli se penitus honoribus inter-  
 pretetabantur. Cum res igitur ad vltimam spectaret  
 seditionem, secessionemq; plebis, eo ventum est, vt  
 Tribuni militum Consulari potestate crearentur,  
 hominumq; de plebe haberetur ratio, quos creatos  
 primum Dionysius asserit anno tertio, quartæ, & o-  
 ctogesiæ Olympiadis, summū magistratū Athenis  
 obtinēte Diphilo: L. iuius cccx. vel ut in quibusdā  
 codicibus legitur cccxi. ab vrbe condita primos  
 Tribunos

Tribunos tradit esse creatos, pauloq; prius de conubio patrum, & plebis, quod diremerāt Decemviri perlatum. Idem ait quibusdam in annalibus nullā omnino factam seditionis, discordiæve mētionem. Sed propter vrgentia diuersis ex locis bella, ad quæ duo Consules non sufficerent, tres creatos fuisse Tribunos: domi tamē parta cōcordia externa bella suppressa sunt. Populus licet plebei multi peterent, patritios tamen Tribunos omnes creauit, quos tradūt vitio creatos, post paulo se magistratu abdicasse illisq; Coss. esse suffectos. Itaq; variè in annalibus legitur quibusdā Tribunos mil. scribētib; nulla Consulū facta mentione. Consules aliis, Tribb. mil. prætermisiss. Tribunis autem mil. Consulari potestate Remp. obtinentibus obfessi sunt Veii, & decumotandem anno Camillo Dictatore capti; cum interim variè pugnatum esset, maioresq; clades, quàm intulissent, interdum accepissent Romani. In omnibus autem annis, quibus Tribb. mil. creati sunt, pro Coss. rarò admodum plebei ad id fastigium peruenerunt. Semel tamen omnes plebei creati, vt vni locus dum taxat relinqueretur patritio. Iterum æquatus numerus est patritiorum, ac plebeiorum, primus tamen ex plebe cum honorē vsurpauit P. Licinius Caluus, de quo supra dictum est, qui etiam præcibus obtinuit, vt filius Licinius Caluus quo anno Veii sunt expugnati,

T pugnati,

pugnati, cum paterno collegio Trib. militaris crearetur dubitatum est militares ne Tribuni possent dicere Dictatorem, & tandem posse augures decreuerunt, dictiq; sunt Dictatores a Tribunis plerunq; inqueis maximum eius ætatis decus M. Furius Camillus Romulus alter, secundus conditor vrbs, qui & tribunatu militum, & Dictatura sæpe perfunctus, nūquam tamen fuit Consul. Verum de Tribunorū numero, qui proconsularem tenuerunt imaginem augetur questio: nam illud sanè constat, vario creatos esse numero, octonos tamen cum maximè apud Liuium; ceterosq; legimus fuisse creatos. nec satis constat, vnde Pomponius viginti militares Tribb. Proconsulibus cœperit renunciatos. Nō. n. temerè tantus numerus adiectus Reip. foret, neq; quibus potissimum tautis tot Tribunis egerit Respu. satis liquet, & res sanè tanta impudenter ab scriptoribus neglecta, prætermittendaq; foret. Ego quidē vel librarium errasse crediderim, vel certè Pomponium Tribunos militares, qui apud Auentinū, a duobus exercitibus sunt creati Proconsularium accepisse loco, vel authorem aliquem habuisse iureconsultum, qui desideretur a nobis. Nec tamen persuadere mihi possum Liuiū tam negligētem fuisse, vt qui octo Tribb. mil. pro Consulibus creatos asserat, non scripturus fuisset viginti, si modo creati fuissēt. Sed in hac re sua sit opinio cuiq;

nos

nos ad ea, quæ restant opitulante numine stylum  
vertamus,

## EXCURSIO. XI.

**D**EINDE cum placuisset creari etiam ex plebe. Con-  
sules, cæperunt ex utroq; corpore constitui. Tunc ut aliqui  
pluris patres haberentur, placuit duas ex numero patrum consti-  
tuita facta super Aediles curiales.

**C**OMMUNICATVM, præmiscuumq; Consulatu  
factum & Patribus, & plebi cum de Coss. agere-  
mus; nobis exposuisse videmur. Reliquum est vt de  
curulibus Aedilibus, quemadmodum nobis institū  
est, pauca dicamus. In quibus illud primū occurrit,  
quinam in mentem venerit Pomponio Aediles crea-  
tos dicere, quo patres pluris haberentur, cui rei ob-  
stabant maximè Tribuni, plebesq; quoniam eo tem-  
pore, vt si quādo aliā maximè seditionibus Ciuitas  
laborabat. Cum. n. patres auctores esse nollent comi-  
tius, quibus P. Sextius de plebe primus Consul crea-  
tus erat, secessionis, cæterorūq; ciuiliū malorum,  
ventum erat ad minas, fateor tamē oblatam occasio-  
nem patres accepisse vt plures magistratus haberēt,  
nō tamen eam uisse causam Aediliū curuliuū crea-  
torum contendo; cum nihil minus populus eo tem-  
pore concessurus videretur. Quæ sententiā proba-  
tur

tur sanè magis ipso Aedilitatis euentu. Receptum. n. primo fui, vt alternis annis ex patribus, plebeq; crearentur, promiscuè deinde creari cepti. Causam autem curulis repertæ Aedilitatis Liuius prope v. l. lib. calcè, apertè declarat. Cum. n. parta cõcordia uideretur, ludos maximos fieri Senatus iussit, addiq; diè ludis Romanis. Id muneris cum plebis Aediles recusassent Patritii iuuenes se professi sũt suscepturos, si fieret Aediles. inde rogatione à Dictatore lata, duo creati sunt Aediles ex patribus Cn. Q. Capitolinus, & P. Cornelius Scipio. Iam igitur quatuor habetur Aediles, plebis duo, totidem curules. Et plebis quidem Aedilum initium Dionysius hoc tradit. Creatis inquit. Tribb. plebia patribus plebs hoc etiã extorsit, vt duo viri crearetur, qui Tribb. ministrarent, & quædam exequeretur iudicia, atq; magna potestate præditos plebis Aediles. Idem Dionysius similes iis inquit esse, quos *αγορανομοι* Græci vocant. Hæc Dionysii sententia vera mihi sanè videtur. Nam cum superior Africanus vocaretur in inuidiam, statuissetq; Senatus, vt cum Siciliæ prouinciæ Prætor decem legati, & duo Tribb. pleb. proficiscerentur, qui iure sacrosanctæ potestatis Scipionem si uerè accusatus esset, in urbem reuocarent. Datus est & plebis Aedilis, à quo non parètem Tribuni compræhendi iuberent, vnde cerni satis arbitror posse, plebis Aediles initio Tribu-



Tribunorum fuisse ministros. Aedilibus autem ludi, thenſarq; curæ fuerunt. Erant autem ſacra vehicula thenſa, quæ qui ducerent ornatiffimè induebantur, propè triumphatium morem, puer patrimus, & matrimus lora tenebat, thenſasq; tangere (vt ſcribit Pedianus) vniuerſi gaudebant. Exigebatur thenſarum nomine pecunia ab iis, qui viam incolebant, qua duerentur thenſa, cuius auariſſimè exactæ Verrem inſimulat Cic. Tanta thenſarum erat Religio (vt de Auſpiciis reſponſis idem tradit) vt ſi puer ille patrimus, & matrimus lorum remiſſet, quod caſu ſæpe aliquândo puerili negligentia accidere potuit, ludi tamen inſtauraretur. Munera quidem Aedilitatis paucis exponit Cic. extrema in Verrem actione Cere-rem, Liberum, Floramq; matrem, populo, ac plebi placandos ludis. Ioui, Junoniq; ludos faciendos antiquiſſimos, maximosq; ludos, qui primi Romani ſint appellati ſumma cum Religione celebrandos, atq; ædium ſacrarum habendam eſſe curam, vniuerſam demum ſibi ciuitatem commendatam. Quamquam ædium ſacrarum cura ad Cenſores tranſierit, ſitq; extraordinem à Senatu Prætoribus aliquando credita, Vnde prædatum in ſarctis textis Verrem cum ea exigeret ex S.C. Cicero grauiffimè criminatur. Sūt qui dicant ſarctorum tectorum penès Cenſores curam fuiſſe, nè verò priuatis ædificiis occuparetur, minue-

ren-

renturſe templa ad Aedilitiam curam pertinuiſſe. Sed cum non ſatis apertè magiſtratum munera liceat explanare, quæ mutata etiam videntur temporibus; iis, quæ dicta ſunt cõtentos nos eſſe oportebit. Scenici quoque ludi & maximo quidem apparatus ab Aedilibus factitati leguntur, tantumq; ad plebem valuiffe, vt Murenæ ſcenam ſuffragratam Cic. dicat ad Conſulatum adipiſcẽdum, aſſeratq; ſe quoq; ſcenam habuiſſe competitoricem. Sed de ſcenicis, aliſq; ludis ſi quando ſacrã licebit exponere, expediemus; nunc hætenus dixiſſe ſufficiat.

## EXCURSIO XII.

**C**VM QVE Conſulos auocarentur bellis finiitis, neque eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet, factum eſt, ut Prætor quoq; crearetur, qui urbanus appellatus eſt, quòd in urbe ius dicebat.

**D**E Prætore, Prætorisq; edicto, atq; honorario iure, quæ dicenda fuerint ſupra nobis tradidiſſe videmur, pauca ſunt igitur quæ reſtant, quamobrem paucis abſoluemus. Sunt qui dicant dictum à præcundo, quod præiret videlicet Prætor iura ciuibus dicens. Illud certè poſſumus affirmare Prætoris nomen apud Romanos vetuſtiſſimum fuiſſe, ſummumq; magiſtratum ſignificaiſſe, nã in lege, qua clauus à Dictatore ſigebatur, priſcis verbis ſcriptũ erat  
Prætor

Prætor maximus clauum pangat. Itaq; pangebant ali quando Consules. postea verò quoniam Dictatoris maior erat potestas, ad Dictatorem translatus est hoc munus, ut cum de Dictatore verba faceremus, exposuimus, hoc tamen, quo summum imperium significabatur nomen ad eum, qui ius diceret translatus est, de quo nobis in præsentia est oratio suscepta. eodẽ igitur anno, quo de plebe Consulem creatum meminimus primum, primus quoq; Prætor de nobilitate ius dixit I. Furius Camillus, eius Camilli filius, qui liberata patria, relatisq; signis, alter urbis Romæ conditor meruit prædicari. Post aliquot annos, etiam de plebe creati cœpti sunt Prætores, quorũ fuit primus (ut Liuius existimat) Q. Publius Philo, quo in homine illud etiam noui Roma vidit, ut post Consulatus obsidenti Palæpōim prorogaretur imperium, omniumq; primus Proconsularem gereret dignitatem, Sed ad Prætoriam redeamus. Urbanum appellauere Romani Prætores, quem creauere primum, estq; obseruatum, ut qui ius ciuibus diceret Prætor vocaretur urbanus, principemq; locũ inter Prætores obtineret. Illud est animaduertendum præterea Consules, quod & Reges ante fecerant, cum ab urbe proficiscerentur præficere aliquem solitos, qui curam gereret ciuitatis, quam consuetudinem sustulit prætura; nam absentibus Coss. Prætor urbanus & iura populo

populo dicebat, & Senatū habebat, & Consularia obibat munia, erat enim eisdem auspiciis, quibus Consules creatus, & Consulū prope collegas, quibus etiam auspiciis ceteri Prætores renuntiabatur. Plures enim Prætores creati fuere, quod paulo videbitur infra. Sed Prætor urbanus, de quo verba fiunt Apollini ludos faciebat magno apparatu quotannis, quos plerique putant valetudinis ergo uotos, factosque fuisse. Liviū belli causa institutos contendit urente Italiā Annibale. Vaticinio Martiorum fratrum, Sibyllæque accepto oraculo. carmen ipsum Martiorum propter uetustatis frausim apponendum putauimus. Hostes Romani si expellere uultis, uomicamque, quæ gentium uenit longe, Apollini uouendos cenſeo ludos, qui quotannis comiter Appollini fiant, cum populus dederit de publico partem, priuati uti conferant pro se, suisque. His ludis faciendis prærit prætor is, qui ius populo, plebique dabit summum. Decem uiri Græco ritu hostiis sacra faciant. Hæc si rectè faxitis, gaudebitis semper, fietque res uestra melior, nam is Deus extinguet perduelles uestros, qui uestros campos pascit placide, ex Liviō ab urbe condita quinto, & trigesimo. eos ludos præſentes celebrabant prætores, quippe qui præerant, nec legiſſe memini absentem aliquem præfuisse præter unum M. Brutum, qui princeps in Cæsarem coniurauerat,

is cum

is cum propter seditiones ab Antonio Consule motas prohiberetur urbe, ludos tamen fecit apparatussimos, & de Prætoribus quidem urbano tot sint nobis dicta.

## EXCURSIO XIII.

**P**OST aliquot deinde annos non sufficiente eo Prætoribus, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret, creatus est & alius Prætor, qui peregrinus appellatus est ab eo, quod plerunque inter peregrinos ius reddebat.

**V**NICVM aliquandiu constat urbem Romam Prætoribus habuisse; sed cum aduenis abudare cœpisset ciuitas, quibus & ius quoque dicendum erat aliquando. alterum placuit creari Prætoribus, qui peregrinis iura daret. Et quoniam aut inter se peregrini certabant, aut cum ciuibus Romanis, aut ciues Romani cum peregrinis: vnus, idemque Prætoribus ius dicebat tam inter peregrinos, quam inter ciues, & peregrinos. Itaque frequentissime Liuius hanc ipsam iurisdictionem, inter ciues, & peregrinos appellat; Et sane nunquam Romæ defuisse videntur hospites; Nec mirari quenquam decet, in ea urbe, quæ peregrinis creuerat. Itaque in duodecim tabulis mentio facta est peregrinorum, quos ut ait Cicero officiorum primo; hostes veteres nominauerunt, quo postea nomine

V      mine

mine perduelles, qui contra nos arma ferunt, sunt nūcupati. Est igitur in duodecim tabulis status dies eum hoste, & iterum cum hoste aeterna auctoritas. Aucta tamen multitudine visum est alterum (vt dicebamus) Prætores iuri dicundo creari. Illud oportet intelligi, peregrini Prætoris sortem ita fuisse plerūq; S. C. definitā, vt ius diceret inter peregrinos, vel irēs, quo Senatus censuisset; cuius opera cū Senatus extra urbem vteretur, vtranq; iurisdictionem Prætor urbanus habebat; quod sanè non dubitabitur Romana monimenta vel leuissimè percurrenti. Et de peregrino quidem Prætoris satis.

## EXCURSUS XIII.

**D**E INDE *quoniam esset necessarius magistratus, qui hæc præficeret. Continuari iudicibus iudicandis constituti sunt.*

**E**TSI Ceterum viros supra quoq; explanauimus, non tamen ab re fore existimamus pauca ad hæc pertinentiā memorare. Vel publicè vendebantur res apud veteres, vel priuatim, priuatim quidem eum que sua erāt homines auctionabātur, quod plerūq; fiebat in atrijs auctionariis, quorum meminit Cicero in oratione, quam habuit in Senatu Kal. Ian. aduersus Rullum Tribunum pleb. de lege agraria.

Auctio-

Auctionabantur etiam in triuiis eodem teste. Erat & altera priuata venditio, eum eius bona, qui maximam deseruisset, xxx. dies ex edicto Praetoris possessa vendebantur, & si quidem plures trans epe ditiores, bonis unus praeferebatur vendundis, quem Magistrum dicebant. Et sane edictum Praetoris, ex quo bona possessa triginta dies vendebantur, totidē verbis exponit Cicero in oratione, qua Quintio patrio citatur. Magistri autem venditionis ad Atticum libro primo his ferme uerbis. Quem putabant magistrum fore si bona venirent. Publice etiam vendebantur aut res multatitiae nam (vt Gellius scriptum reliquit) ouibus, & bobus multa dicebantur. Vendebantur etiam publice bona publicata, vt Sp. Molli, qui affectati Regni suspitione perit, cuius bona Quintius Cincinnatus Dictator publicauit. Vendebantur etiam eorum bona, qui repetundarum damnati soluendo non erant, quanti lites extimatae fuerant, qua lege Asiatici Scipionis eius, qui Antiochū deuicit, bona uenerunt. Ad hanc praedam ex hostibus capta uenibat, quod vel militibus diuidendum, vel in aerarium referendum erat; quam pecuniam Gellius putat Manubias ueteres dicebant, fretus auctoritate Ciceronis in oratione de lege Agraria in Rullum, in Senatu habita, quae sunt huiusmodi. Praedam, Manubias, Sectionem, Castra deniq; Cn. Pompeii sedente

dente Imperatore Decemviri vendent. Et paulò infra. Ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. vnde sanè patet nō idem esse manubias, & prædam, quod pleriq; falsò putarunt. Illud hoc loco. Gellius ostendit, vendendarum prædarum curā olim penès Quæstores fuisse; Imperatores postea præfectum ærarii substituisse Quæstoribus. Et quoniam in publicatione bonorum, aliisq; vrbani venditionibus, lites plerunq; oriebantur, litibus iudicandis Cētumviri sunt constituti, vt Pomponij verba significare videntur. Verum de maximis quoq; hæreditatibus Centumviri iudicare sunt soliti, cuiusmodi Curiana fuit causa, quam Cicero primo Dialogo de Oratore perscribit, & in omni ferè versabantur iure ciuili. difficile tamen est id, quod sæpe testamur res tantā obrutas vetustate ad viuum refecare, quare transibimus ad cætera.

## EXCURSIO XV.

**C**ONSTITVTI sunt eodem tempore & Quatuorviri, qui curam viarum agerent, & Triumviri monetales æris, argenti, auri flatores, & Triumviri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut cum animaduerti oporteret interuenus committeret. Et quia magistratus vespertinis temporibus in publicum esse inconueniens erat, Quinquaviri constituti sunt cis Tyberim, & vltis Tyberim, qui possent magistratibus fungi.

VIARVM



V I A R Y M curam sternendarum, tuendarumq; Aedilitiã fuisse pleriq; putarũt, etenim & vias Aediles curabant, & præcium rebus vëdundis, quæ ad esum maxime pertinet statuebant, quod in Aedilibus dictum est latius. Postea verò hæc fortè cura proprio visa est egere magistratu, ideoq; quatuor viri instituti à Pomponio tradũtur Curatores, siue magistri viarum. Addit præterea Iurecõsultus, tres creatos esse viros, qui monetales sunt appellati, à numis videlicet cudendis, atq; conflandis, quo loco scire licet, apud Romanos serò admodum aurum, argentumq; in usum pecuniæ venisse. Docet hoc Liviùs, qui Veienti bello, quo tempore, æra cœpta sunt militibus publicè dari in tributo pëdendo, æs graue in ærarium aduectum esse, quòd nondum signatum esset argentum. Docet & Gellius, qui Aterina lege æstimatas ait multas, ouem scilicet æris denis, bouem centenis; veteres. n. maiores, minoresvë multas dicere consueverunt, maiores duarum ouium, triginta bouum ab eodem traduntur Gellio, minores ouis vnus. Sunt qui decem adiiciant boues; sunt etiam qui tantum quinque dicant; maxima pars nullum apponit. Vnde coniectare quidem possumus bouum copiam ingentẽ, in Italia quòdam fuisse. Itaq; Timæus historicus à bouum copia, dictam Italiam putat: boues. n. à veteribus Græcis *italoi* vocabantur. **Quantum**

quam frequentior fama est ab Italo Rege Italiam nū  
eupatam. Quod etiam Vergilius asserit his versibus.

*Est locus Experiæ Graeci cognomina dicunt.*

*Terra antiqua, potens armis, acq. adæta glæbia.*

*Venerit colueritq. nunc fama minoræ.*

*Italiam dixisse Ducis de nomine gentem.*

SED ad pecuniam reuertamus. Numum Roma-  
ni veteres boue signabāt, & nauis bouem quidem,  
vel propter arandi studium, colendorūq; agrorum,  
quod maximū apud Romanos veteres constat fuisse  
quod cognomina ipsa Pisonum, Fabiorum, Sera-  
norumq; delcarant, vel propter abundantiam, de  
qua paulo supra dicebamus. Nauim ferunt apposti-  
tam propter honorē Saturni, quem nauis appulsum  
in Italiam ferunt, hospitioq; à Iano, qui tum in Latio  
regnabat acceptū. vnde, & Latium appellatum tra-  
dunt quod ibi Iatuerit Saturnus, celebranturq; Satur-  
nia regna Italis gentibus, quo tempore nemo fur-  
tum fecerit apud Latium, nemo seruitutē seruerit.  
Vnde Virgilius.

*Iam redit, & uirgo, redeunt Saturnia Regna,*

*Iam nouæ progenies cælo demittitur alto.*

Saturni in Italiam aduentum, in eiusq; honorem  
numum excussum significat primo factorum Qui-  
dius hisce uersibus.

*Multa*

*Multa quidem didici: sed cur naualis in ære  
 Altera signata est, altera forma biceps?  
 Nescere me duplici posses in imagine, dixit,  
 Ni manus ipsa dies extenuasset opus.  
 Causaretis superasti: Tuscum raso venit ad amnem  
 Ante pererrato falcifer orbo Deus.  
 Hac ego Saturnum memini tellure receptum:  
 Cœlitibus regnis ab Ioue pulsus erat.  
 Inde diu genti mansit Saturnia nomen:  
 Dicta quoque est Latium terra latente Deo.  
 At bona posteritas puppim formauit in ære,  
 Hospitium aduentum teclificata Dei.*

Sed de numis hætenus. Adduntur Triumviri ca-  
 pitales, quorum meminisse, in Catilina Salustius, qui-  
 bus credita cura carceris erat, qui videntur eam vim  
 habuisse, quam apud Athenienses Vndecimviri, sine  
 quibus supplicum summi non poterat. Præter hos  
 Quinqueviri ponuntur nocturni, qui ne Magistratus  
 se nocti committerent, videntur esse creati. non enim de-  
 cebat publicam maiestatem noctis colluuiioni misce-  
 ri; hos tamen Tresuiros Liuius tradit, appellatos  
 nocturnos, potuerunt tamen augeri, & ad quinque re-  
 digi. nec tamen exploratum est, quinque eis Tiberim,  
 totidem ultra curarint, an utramque partem quinque ho-  
 minum diligentia mandatam esse credere deceat, histo-  
 ris rerum confusis. Sed iam nos ad se cætera uocant.

EXCVR-

## EXCURSIO XVI.

**C**APTA deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi Provincia, totidem Prætores, quot provinciæ in ditiones uenerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent.

**E**XPOSITVM supra fuit Consulares quasdam institutas esse prouincias, quas Consules, Proconsules ué obtinerent. Prætorias alias, quibus præserent Prætores. Nunc eò ventum est, ut cum supra duos Prætores Urbanum, Peregrinumq; dixerimus esse creatos, ad prouinciarum Prætores sermo redeat, quæ causa fuit augendi Prætorum numerum, & primo quidem bello Punico Siciliam inde pulsis Carthaginensibus, prouinciarum omnium primam adiecit Populus Ro. imperio, non tamen uniuersam; bonam enim eius prouinciæ partem Rex Syracusanorum Hiero tenebat. Sardiniam quoque eisdem temporibus, vel aliquanto post adepti sunt; duo igitur aucti Prætores, alter qui Siciliæ præesset. Alter uero Sardinia. Bello autem secundo punico captis à Marcello Syracusis, omnis in ditionem populi Ro. Sicilia concessit, duobusq; imperiis, primis temporibus administrata est. quietioribus deinde rebus, tràquillioreq; Rep. uniuersam Siciliam Prætor unus obtinuit.

auit. Eodem deinde bello secundo punico Hispanis  
pulsis fuit P. Scipionis eius opera, qui deuictis An-  
nibale, & peraratisq; Cartagine superior dictus est Afri-  
canus. Hispaniam igitur in citeriorem, atque ulterio-  
rem diuisere Romani, Ibero flumine distinguente.  
Itaque utramq; provinciam propria reuerunt impo-  
sio, ita sex Prætores creati primum Titus Quinctius  
Flaminio, Sex. Aclio Petus Coss. quorum magistra-  
tus incidit in Consulatum C. Cornelii Cetegi, &  
Q. Minutii Ruffi. Præter duas provincias urbanas  
quatuor Prætorum factæ Sicilia, Sardinia, cum duab.  
Hispaniis. Post etiam, & in Narbonensem provin-  
ciam, & in Macedoniam, & in Asiam, deleta etiam  
Cartagine, superatisq; Numidis, & eorum Rege lu-  
gurta, in Africâ quoq; missi sunt Prætores. Ita quem-  
admodum argebat imperium, Prætorum quoq;  
numerus ductus est, oportuit enim nullam omnino  
provinciam rectore vacare.

## EXCURSIO XVII.

**D**EINDE C. Cælius Sylla quæstiones publicas constituit  
de falso, de parricidio, de sicario, de iniuriis & Præ-  
torum quæstion adiecit. Deinde C. Julius Cæsar duos Prætores, &  
duos Aediles, qui frumento præessent, à Cætere Censales con-  
stituit. Ita duodecim Prætores, sex Aediles sunt creati. Deinde

deinde Augustus sedecim Prætores constituit. Post deinde di-  
 uus Claudius duos Prætores adiecit, qui de fidei commissis ius di-  
 cerent, ex quibus unum diuus Titus detraxit, & adiecit diuina  
 Nerva, qui inter fiscum, & privatos ius diceret ita decem, & octo  
 Prætores in civitate ius dicunt, & hæc omnia quoties in Repub.  
 sunt magistratus observantur. Quoties autem proficiscuntur,  
 unus relinquitur, qui ius dicat, is vocatur præfectus urbi, qui præ-  
 factus olim constituebatur, postea serè Latinarum feriarum cau-  
 sa introductus est, & quotannis observantur. Sanè Præfectus an-  
 nonæ, & vigiliam quamquam non sicut magistratus, sed extra or-  
 dinem utilitatis causa constituti, tamen hi, quos cis Tyberum dixit  
 mus, postea Aediles S. C. creabantur, ergo ex his omnibus de-  
 cem Tribuni plebis; Consules duo, decem & octo Prætores, sexq.  
 Aediles in civitate iura reddebant.

**P**ROLIXVS admodum exonitur sermo, qui non  
 facillè explicari posse videatur, contrahemus ta-  
 men vela, & quam licuerit paucissimis omnem di-  
 sputationem claudemus. Ait igitur Pomponius Cor-  
 nelium Syllam quæstiones publicas instituisse; quod  
 verum ne sit, an locus diligentius est inspiciendum.  
 Sed vt res facilius intelligatur pronunciatorum natu-  
 ra quas nostri vocant propositiones est aperienda. Di-  
 cimus igitur enuntiatiu, quod affirmatio, vel contra-  
 negando, verum, falsumve significat, quorū alia vni-  
 uersa, quæ terminis cōcluduntur exponūt, vt si homi-

nes

nes uniuersos legibus subiici, vel magistratibus parere dixerim oportere. Alia partem aliquam continet, ut si dixerò aliquam legem veteribus abrogatam. Tertia indefinita dicuntur, quæ nec uniuersum, nec partem aperte significant. Quartus locus earum enunciationum est, quæ ad singulos referuntur, ut si dixerò Syllam recuperata Rep. crudelissimè victoriam exercuisse. Videamus igitur qua nam ratione Pomponii enunciationem finis exposituri, nam vel indefinitam eam volumus, vel singularem, ut his nominibus utar, quibus utuntur vulgo nostrates. Si indefinitam dicemus quæstiones publicas a Sylla Cornelio institutas fuisse, & sanè sic est intelligenda, ut indefinite legatur enuntiatio. Nam quod nostri subiectum appellant, nomine cæsetur quæstionum. Scrutemur itaq; si placeat indefinitarum naturam propositionum, & sanè Aphrodisiensis Alexander, quem ceteri Græci sequuntur. In cõmentariis, quos in libros ædidi de syllogismo, variare indefinitas scriptum reliquit propositiones. Nam cum tria rerum genera Dialectici statuunt, appellantq; materias necessariam contingentem, & eorum quæ fieri nequeunt, in necessariis quidem nihil interest utrum indefinite profetas, an in uniuersum; idem. n. est dicere, mortalem esse hominem, & omnem hominem esse mortalem; quæ ratio intelligitur etiam in iis, quæ fieri nequeunt, distin-

punitur tamen vero, ac falso; non enim magis falsum di-  
 keris, si volare protuleris hominem, quam si affue-  
 raueris vniuersos volare mortales. In cōtingentibus  
 autem indefinita locum eius obtinet, quæ pronun-  
 ciatur in parte, nihil enim differt hominem, an quendam  
 hominem currere dicas, quæ certè propositionum  
 lex indefinitarum enunciando seruetur. Nam in syl-  
 logismo positæ eas, quæ sunt in parte sequuntur, vi-  
 dentur tamen ætatis nostræ Iurisperiti indefinitas  
 loco vniuersalium plurimū accipere, vt si lex dicas,  
 sacra ritu patrio faciunt, perinde cōsecutus, ac si om-  
 nia sacra ritu patrio iubeat facienda. Nunc ad Pom-  
 ponianā redeamus propositionem. Si. n. quæstio et  
 omnes publicas a Sylla tradit institutas, a periculis  
 fallitur, si aliquot fortè nō decipitur. Cui. n. persua-  
 deri possit tot ante Syllam Dictatorem secula pu-  
 blicis quæstionibus Populū caruisse Ro. nihil est ta-  
 men opus coniectura, rem clarā venari. Dicat ob-  
 secro Pomponius, vel qui partes tueri Pomponii vo-  
 lunt M. nē Manlius Capitolinus publica quæstione,  
 an priuata fuerit interrogatus, cum Regni affectati  
 condemnatus crimine, de Tarpeia deiectus fuit ro-  
 pes quid? Caso Quinctius Cincinnati F. & credis, &  
 maiestatis eodem tempore reus, non publica inter-  
 rogabatur quæstione? quem publicè vadatum om-  
 nium primū assertit Romæ Lælius. Nam de venefi-



tio etiam Romæ quæritum publice constat, cum a  
 Ciuitatis primores incertis, atq; occultis morbis in-  
 terirent cõpertum est ancillæ cuiusdam indicio, ve-  
 uena coquere matronas, quibus viri cõficiabantur.  
 Itaq; & poto veneno ad viginti in foro periere ma-  
 tronæ, centum damnatæ sunt, eoq; tempore primû;  
 quemadmodum dicebam de ueneficiis Romæ quæ-  
 situm. Et quia mentes hominum favore capere crede-  
 bantur clauus à Dictatore fixus est, ad id ipsum crea-  
 to, quæ omnia aliquot ante Syllam ætates, vel po-  
 tius secula cõstat esse gesta, vnde palam est non om-  
 nibus quætionibus publicis initium dedisse Syllam.  
 Videamus nunc si placet, an eas ipsas quæstiones,  
 quas scribit Pomponius Sylla confecerit. Et de falso  
 quidem quo tempore quæri ceptum fuerit non est  
 exploratum, falsum testem Volscium quædam pri-  
 mum Romæ condemnatû in quibusdam græcis an-  
 nalibus est memoris proditum. Et sane scribarum  
 cura, tabularunq; mandata Censoribus, vt in censo-  
 ra diximus, ostendit aliquam eõ iam tempore falsi  
 dehtuisse suspicionem. Quod ad parricidium atti-  
 net Cicronem habemus authorem, eam non a Syl-  
 la institutam fuisse quætionem, qui cum regnante  
 Sylla Sex. Roscium Amerium paternæ cædis reum  
 defenderit contra opes, potentiamq; Chrisogoni  
 Syllæ liberti, eam quætionem a Sylla nunquam re-  
 per-

pertā meminit, quod certè non pratermississet si mo-  
 do Syllæ potuisset adulari. Contra Solonē repræhen-  
 dit, quod nulla lege parricidium puniendū sanxisset,  
 rogatusq; cur de parricidio legē non tulisset, respon-  
 derat, non putasse tantā homines immanitatē, feritā-  
 temq; suscipere posse, eos vt necarēt, à quibus ipsi ha-  
 cem accepissent. Laudat igitur veteres Romanos Ci-  
 cero, qui tantū, tanq; horrēdum facinus legibus uin-  
 dicandum, acerrimisq; censuerūt suppliciis, nec sibi  
 persuaferūt, aliquod esse tā graue scelus, quò mortali-  
 ū, non penetraret nequitia. qua in re mihi certè cō-  
 stare videtur M. Cic. sua gloria Syllam fraudaturum  
 nō fuisse, si modo uerè potuisset. Nec de iniuriis qui-  
 dem Syllam instituisse crediderim, cum duodecim  
 tabularum legibus, vindicentur iniuria. eisdē fermè  
 pœnis, quibus à Solone. Inter sicarios quæstionē nō  
 omnino negauerim constitutam à Sylla fuisse, nullo  
 nāq; tēpore plures Romæ Sicæ, perq; omnē Italiā vi-  
 bratæ sunt. Illud sine controuersia Pōponio concess-  
 erim, quoniā omnia flagitia Sylla dominante vigue-  
 rint, quæstiones veteres nouis legibus, & fortè accu-  
 ratius illum confirmasse, indeq; nomen institutoris,  
 conditorisq; traxisse. Illud certè Syllæ videtur institu-  
 tum, vt certi Prætores quæstionibus certis præessēt.  
 vnde ad sex illos, qui creari cōsueuerant, quatuor di-  
 citur addidisse, quibus Dictator Cæsar duos cū toti-  
 dem

dem ædilibus addidit, qui quoniam, rei frumentariæ præerant Cereales à Cérere sunt appellati. Augustus uerò quatuor addidisse ferunt, nec causa traditur, credi tamē par est causarū, litiū turbā orbe terrarū confluēte Romā, in causa fuisse, vt animū adiiceret Imperator nouis Prætoribus creādis. Duos à Claudio tradidit adiectos, qui de fideicōmissis iudicarent. Et quoniam ad fideicōmissa uentū est, non ab re fuerit pauca dicere, quæ in fideicōmissis animaduersione digna vidētur. Iam igitur primū omniū cum apud veteres in publicā curā non uenerint fideicōmissa, Augusto imperante primū publicam promerere curam. Iussis ab Imperatore Coss. authoritatē interponere Cōsularem, vel hominū gratia moto, vel quod p̄ ipsius salutē iuratū esset, vel certē rogatus is, cuius fidei cōmitteretur hæreditas, vel ob quorundā insignē perfidiā, vt legimus inst. de fideicōmissariis hæreditatibus in tit. ubi mirari quidā solēt cur propriā nō adiecerit imperator authoritatem, sed Coss. mandari, in qua re nihil est quod pro certo possit affirmari, nisi forte quis dixerit hunc honorem Coss. habere principem voluisse, nō dum penitus oblitterata Cōsularis imperis memoria. In tantam uerò dignationē post fideicōmissa uenerunt, vt omnibus modis æquarētur legatis, qui mihi locus sanē uidetur difficilis, nam l. i. ff. de lega. i. Vlpiani nomine fertur, æquari legatis fidei commissis

commissa. Fuit autem Vlpianus multo ante Iustina-  
 num principem, qui tamen gloriatur constituisse ve-  
 legatis æquarentur fideicommissa inst. eadem, & C.  
 communia delegatis l. 2. Ex his autem prætoribus,  
 quos, ut de fidei cõmissis iudicarent Claudius crea-  
 verat, alterum detraxit Titus, existimans videlicet  
 ea iudicia, quæ ad fideicommissa pertinerent Præto-  
 rem unum sustinere posse. hic est ille Titus Vespasia-  
 no genitus, amor, & delitie generis humani. Sed ad  
 Prætores. Nerva Prætores adiecit, qui de iis causis  
 iudicaret, quæ inter fiscum, & priuatos inciderent,  
 idest inter priuatos, & Imperatorem. Ita quem Præ-  
 torem Titus detraxerat, restituit Nerva, licet non ad  
 eadem iudicia. Enumerat omnes in urbe magistra-  
 tus Pomponius, quos hætenus exposuerat, atq; quo-  
 ties ab urbe magistratus discederent, rerum omniũ  
 summam, penes præfectum urbi fuisse. Difficile qui-  
 dem dictu est, eodem tempore magistratus omnes  
 urbẽ deserere voluisse. quod nè tum quidem factum  
 constat, cum Pompeius Italia profugit, quem sequu-  
 ti sunt Coss. maxima cum parte Senatus. Illud etiam  
 videtur durius præfectum urbi ceteris magistrati-  
 bus præsentibus ius non dixisse, quod credere pos-  
 sit aliquis Pomponium dicere voluisse, sit tamen po-  
 tius Pomponii sententiam interpretari, ut præsentibus  
 magistratibus suo tantum manere fungeretur,  
 absenti-

absentibus omnium. Quanquam (vt dicebam) difficile admodū est magistratus omnes ab vrbe simul abesse; sed præfectum vrbi diligentius exploremus. Constat sub Regibus hunc magistratū fuisse, quam rem etiā in superioribus memorauimus, vt quoties ab vrbe Rex abesset, regia præfectus obiret munia, concipitq; eorū nomina Tacitus, qui à diuersis Regibus vrbi præfecti fuerunt. libera quoq; Roma ante Præturam institutā, cum ambo Coss. vrbe cesserant bellis impliciti, præfectum relinquebant, qui vrbi, quiq; Senatui præsideret. Itaq; cū Tribuni pleb. Consulibus absentibus legem deminuēdo Cōsulari imperio ferre pararēt, quam alio expressimus loco. Fabius vrbi præfectus in eos cohortus, coegit actionem in Consulum aduentum differre. Principes deinde præfectis vrbi sunt vsi, quibus & multorum, magnorumq; iudiciorum exercendorum potestatem dederunt, & Latinis feriis præsidere voluerunt, quod munus vrbe libera Consulum fuit. Sed mihi videntur consulto Principes Consularem minuisse dignitatem, vt vis minor inesset summo magistratui Libertatis aliquando repetendæ. Et quoniā latinæ feriæ nobis occurrunt, non fuerit ab re paucis earum illustrare rationem, cum præsertim meminere Iureconsultus. Templum Latialis fuit Iouis in montis albanī cacumine Latio vniuerso & sacrum & cō-

Y mune,

mune, ubi ritu patrio quotannis sacra fiebant: Alba verò diruta, translatisq; Romam Albanis, quasi loci fortuna mutata, ea sacra sunt omnino relicta, donec lapidibus pluisse in monte creditum est, auditamq; vocem, quæ iuberet Albanos more patrio sacra facere. Inde institutum est, ut ea sacra quotannis fierent, carnesq; hostiarum acciperent Latini populi, quibus id sacrum commune fuerat. Itaq; si quis populus nõ acceperat, instaurabantur feriæ, ea tamen lege, ut si sua culpa carnes populus non accepisset, hostias feriis instaurandis præberet, habet tamen difficultatis aliquantum, quis Regum temporibus Latinis feriis præfuerit, Nam Tullo Hostilio regnante ea sacra sunt cœpta; etenim si Rex ipse peragebat, ad Regem sacrificulum regibus exactis spectare videbantur, ad quem omnia sacra Regiæ vicis erant delata. Post partam etiam libertatē, dum inter Romanos, Latinosq; bellatum est, quonā pacto in hostilibus odiis conveniebatur? hæc ut incerta, & ipsis vetustatis tenebris inuoluta valere sinimus. Certè Latinæ per Consules factitabantur, lactentibus hostiis, ut in secvdo Cōsultatu apud Ciceronem canit Vrania. Edicebantur autem à Coss. incertum diem, propterea quod statum tempus præstitutum non erat. Volunt quidam hæc sacrificia nocte fieri consuesse. Crediderim matronas quoq; seorsum sacrificare solitas, motus Ciceronis

nis

nis authoritate ad Atticum in hæc fermè verba scri-  
 bentis. Au iam tuam scito desiderio tui mortuam es-  
 se, & simul quòd veritas sit, nè Latinæ in officio non  
 manerent, & hostias in montem Albanum non affer-  
 rent. Denis diebus Latinas ferias celebrari solitas fer-  
 mè omnes testantur, placet nonnullis carminibus Si-  
 byllinis ferias institutas esse Latinas, sunt qui auruspici  
 cum responso, nobis quidem superior magis senten-  
 tiam probatur, vt Albani montis prodigio sint cœ-  
 pte nos tamè ad præfectum urbi reuertamus, cuius  
 authoritas ternis legibus declaratur, quæ tit. de offi-  
 cio præfecti vrbi. ff. perscribuntur. Illud tamè non sa-  
 tis explicatè uidetur, quod Vlpianus initio legis pri-  
 mæ asserit præfectum vrbi de omnibus criminibus  
 cognoscere, non solum quæ in vrbe, sed quæ per  
 uniuersam patrentur Italiam, post paulò eadem. l. 5.  
 Initio eiusdem significat præfecti vrbi potestatem  
 centesimo lapide terminari, uiderint hoc tamen, qui  
 legem legi non repugnare tradunt. Facilius. n. tue-  
 bantur eiusdem verbis legis nihil omnino contine-  
 ri diuersum; nos ad reliqua transibimus. Præfectum  
 vigilum, & annonæ magistratus esse non censet Pom-  
 ponius, sed extra ordinem creati solitos. Illud miror,  
 qua ratione legum vel cumulatores, vel compilato-  
 res titulum præfecto vigilum inter magistratus pro-  
 prium dicarint, siquidem non est magistratus. Sed

nos pauca vsurpemus, quemadmodum in cæteris. Præfectum vigilum nocturnis substitutum Triumviris Paulus ait initiò l. primæ. ff. de officio Præfecti vigilum; libet hoc loco controuersiam exponere inter Paulum, atq; Pomponium. Paulus. n. ait hac ipsa l. Aediles, Tribunosq; pleb. incendiis arcendis interesse nonnunquam solitos; retulit supra Pomponius, magistratibus non licuisse noctu in publico cerni, ob eamq; rem nocturnum adhibitum magistratum, qui pro cæteris magistratibus esset. Scio loca quoq; iuris assertores inter se collaturos, sed certè si verba respiciantur, neq; occulta reuelètur mysteria nemo negauerit alterutrum fuisse deceptum. Diuus Augustus septem cohortes vigilum esse iussit, vt quoniam vrbs quatuordecim regionibus distingueretur, præessent singulæ binis, quas quidem regiones discretas Tacitus credit post illud incēdium, siue fortuitum, siue dedita opera ab Imperatore fuerit iniectū, quo sub Nerone omnis ferè Roma conflagrauit. verius tamen est multo ante Neronis tempora in regiones xiiii. Romam fuisse diuisam, vel ab Augusto, vt vulgò creditur, vel à quouis alio. Addidit idem Augustus totidem Tribunos, omnibusq; vigilum Præfectum voluit esse superiorem, vt l. Nam salutem. ff. eodem, ipso legis initio. sint nobis de vigilum Præfecto tot dicta, ad Præfectum annonæ veniamus, cuius

rei



rei variam olim fuisse rationem memoriae proditum  
 est. nam Quæstores, & Coss.annonam curasse tra-  
 duntur, vnde L.Saturninum popularem factum scri-  
 ptum reliquit Cic. quod frumentariam curam sibi  
 Quæstori Senatus ademerit. Proprius aliquando crea-  
 tus fuit magistratus, vt Minutius apud Liuium, qui  
 Mellianam indicauit Senatui coniurationem, & po-  
 stremo Cn.Pompeius, cui omnes frumentarias pro-  
 uincias, omne scilicet imperium S.P.Q.R. credidit.  
 Aedilium quoq; ex parte cura fuit, qui publicum fru-  
 mentum & vendere, & diuidere consueuerunt. Sa-  
 tius Principibus visum est Præfectum cõstituere, qui  
 curaret annonam, & urbano victui consuleret. Quã  
 curam optime PROLEGATE tu ipse gessisti, vnde  
 maxima tibi mortalium multitudo vitam debere fa-  
 tetur, qui non modo tui muneris esse putasti guber-  
 nare BONONIAM, nisi ab inferis maximam ciuũ  
 partem, vel ipsa famis expectatione cõsumptam ex-  
 citasses. Quare Deus Opt. Max. tuam pietatem re-  
 spexit, copiosamq; id quod tibi gratulamur, & no-  
 bis, annonam populis tribuit, quam volumus gratu-  
 lationem secundo volumini finem imponere, & foe-  
 liciter auspiciari tertium.

FINIS SECVNDI LIBRI.

## IN LIBRVM III. CATALEXEOS IN

## LEGEM II. DE ORIGINE IVRIS,

## PROOEMIUM.



**A**DERITEM illum Prothagorá Phisici Democriti discipulum opinatum memoriae proditum est, que sensu perciperentur vere quemadmodum sensu probaretur esse. Sic est Prothagoras ille, qui cum se palam Sophistá proficeretur, quòd veterum ausus nemo fuerat, tatum auri cumulatius, ut auream sibi statuam apud Delphos posuisse dicatur, cuius ego sententiam hominis interdum veram esse cuperem, maximis enim laboribus, maximo quaerendi veri desiderio, me saepe laetaret. Verum Deus ille Opt. Max. quem omnia credi par est summo gessisse consilio, nihil homini contingere sine studio, sine labore notus, virtutemq; sudore, vigiliis, erumensq; plurimis parari precepit, verumq; quod hominis naturae maxime videtur esse consentaneum, caligine texit, ut cum iam tenere te putes, evolet, sicq; tibi demum non minore quam ante cura uestigandum. Neque diuinum hoc factum invidia generis nostri accipiendum est, nihil enim à Deo est alienum, & mortales quidem amant amplectunturq; superi, sed hominum superbiae, atque temeritati obviam itum est, qui se verum ex templo no vissent, quibus sunt ingenus, quaq; audacia nihil acceptum omnino nummi retulissent, nullam habuissent gratiam, suo videlicet Marte, quicquid haberent boni se consequutos existimantes. qua

ne

*me fraude gentes humanae perirent aequantes se diuis, ut quodam  
 pars caelicum creditur interuisse, consulto uerū occultatum est, ut  
 uel in uita non inueniretur, uel certè uix inueniretur. Fuerunt n.  
 qui adeò uerum à nobis, nostrorumq; animorum acie remotum  
 statuerunt, ut nulli penitus rei assentiendum esse contenderent, ni-  
 bil omnino sciri posse confirmarent, credibile tamen uidetur ali-  
 quid nobis diuina relictū benignitate, quòd scire, quodq; uerè nos-  
 se possemus, non tamã sine labore grauissimo. Queret aliquis for-  
 san quid sibi oratio uelut itã alte de uero, uel querendo, uel inueni-  
 do repetita? hoc nimirum ut intelligatur me non mihi tantum ar-  
 rogare, ut non posse me falli mihi persuadeam, et enim homo sum,  
 nec humani quicquam alienum à me puto. Quare si uel hoc uolu-  
 mine, uel superioribus minus accurate perscriptum lector prudẽs  
 cognouerit, humanitatis uitio tribuat, benignè corrigat potiusquã  
 detrahat, & se quoque decipi posse meminerit. quanquam non sa-  
 tis scio an hoc, quod peto sim impetraturus, tribus enim uel acer-  
 rimis uiciis ætas nostra laborat, amore sui, ambitione, alienorūq;  
 bonorum inuidia, quorum mihi malorum, qui rerum potiuntur in  
 causa potissimum esse uidentur. Quidam enim ingenia deserunt,  
 uel potius deprimunt, atque proturbant. Vulgi rumorem sequun-  
 tur alii, eosq; iudicant peruisissimos, quos misera maxime, ieiunaq;  
 admiratur plebecula. Sunt etiam qui aliorum gratia metiantur  
 ingenia, illisq; faueant, quorum uidelicet causa maioribus possint  
 gratificari, mercedem scilicet expectantes. Accedit quòd uirtus  
 in precio non est, nam uel iure, uel iniuria meis omnia bona cu-  
 pio, nec interest alieno detrahã decori honorem, gloriamq; alio-*

rum peruertam, an secus: His moribus eò malorum uentum est,  
 ut ludibrio sit uirtus, flagitia regnent, certiq; homines eorum ca-  
 num exemplo, qui custodiendis mapalibus sunt destinati, procul  
 latrent, clam, atque ex insidiis mordeant, pauci admodum hifce-  
 re coràm audeant, ne lapidibus uertantur infugam. Itaque in tan-  
 ta uitæ peruersitate, tantisq; erroribus quid mihi sit obtinendum  
 ignoro, orabo tamen, atque obestabor, ut à me ratio dictorum pe-  
 tatur, mecum sine contumelia qui dissenserit congregiatur. Ego  
 enim uel rationibus uincam, uel uictus cedam, atq; succumbam,  
 pariterq; & uictor, & superatus gaudebo. Nam uel ipsa  
 me delectabit uictoria, uel uicto profecisse, didi-  
 cisseq; solatio fuerit. Sed iam ad rem ipsam  
 est accedendum, & quod ostenden-  
 de gratie ceptum est ani-  
 mo aliquando con-  
 ficiendum.



# Catalexeos in l. secundam

DE ORIGINE IVRIS LIB. III.

EXCURSIO. I.



**I**VRIS civilis scientiam plurimi, & maximi iur  
professi sunt, sed qui maxime dignationis apud  
populum Romanum fuerunt, eorum in presen-  
tia mentio habenda est, ut appareat à quibus  
hæc iura orta, & tradita sint.

**D**ELECTVM in rebus omnibus habere, mo-  
dumq; nosse, quem semper teneas, quemq; se-  
quaris, absolutissima cuiusdam videtur prudentia,  
cuiusq; quem uel Socrate, uel Diogene presentibus  
audeas hominem merito nuncupare. est. n. magna  
iudicii uis in utranq; partem, ut neque corrupto pe-  
ius, nec præstantius integro reperias: Falluntur ho-  
mines altero, decipiuntur, errant; altero numinis  
exemplaria fiunt. Verum, bonum, honestum, uti-  
le pariter meditantur, disciplinas assequuntur, ex-  
colunt animos, fiuntq; pulcherrimi. Hunc igitur de-  
lectum nobis pollicetur Pomponius iureconsulto-  
rum successionem explicaturus. hac in parte nõ imi-  
taturus Ciceronem, qui in claris Oratoribus nume-  
randis, se ipsum reprehendit, quòd tabulas, quòdq;  
Z decla-

declamatores memoret, sed ille quidem talis etiam oratoribus in forensi turba, multitudinēq; causarum conatur ostendere locum etiam fuisse. Hic quibus authoribus iuris prudentia creuerit, se profiteretur indicaturum, eosq; dicturum, qui maxima apud Romanum populum fuerint dignationis. vnde colligendis iureconsultis ipso sibi labore lectoris beneuolentiam parat, reddit attentos legētium animos & utilitate iuris in cunabula cognoscendi, & voluptate. Delectat enim summopere maiorum nomina legere, volentes in ea facultate proficere, quam illi potissimum illustrauerint. Nec dubium est, quin docilis lector efficiatur, siquidem (ut ait Rhetoricum ad C. Herennium author) docilis est is, qui attente ualeat audire, ut igitur animos ad legendum alliciat, plurimos, maximosq; uiros ius civile Romæ scribit esse professos, sed tamen eos duntaxat traditurum, quos in honore maximo Populus Romanus habuerit, ut iuris origine cognita, magistratibusq; perfectis, intelligatur quibus authoribus ius civile sit ortum, & auctum. Etenim magni refert, quibus quæq; res initio coeperit, sitq; progressa. Sed iam reliqua uideamus.

EXCURSIO II.

**E**T quidem ex omnibus, qui scientiam uicti sunt, uiciorum Corruptorum publicè professorum ueniam traditur,

que, ceteri autem adhuc vel in latere ius civile retinere cogita-  
 bant, solumq; consultatoribus potius, quam discere volentibus se  
 prestabant. Fuit autem in primis patris Sex. Pappius, qui le-  
 ges Regias in iura contulit, ab hoc Ap. Claudius unus ex De-  
 cennis, cuius maximam consilium in duodecim tabulis scriben-  
 dis fuit. Post hunc Ap. Claudius eiusdem generis maximam scien-  
 tiam habuit, hic cecus appellatus est, & Appiam viam stravit,  
 & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in urbem non reci-  
 piendo sententiam tulit, hunc etiam abstines scripsisse traditum  
 est, primamq; de usura patribus, qui liber non extat, idem Ap.  
 Claudius usu, qui videtur ad hoc processisse. R. literam inuenit,  
 ut pro Valerio Valerius esset, ut pro Fufio Furius. Fuit post hoc  
 maxime scientia Sempronius, quem populus Romanus modo ap-  
 pellavit, nec quisquam ante hunc hoc nomine cognominatus est;  
 sed & C. Scipio Nasica, qui optimus a Somatio appellatus est,  
 cui etiam publica domus in sacra via data est, quod facilius consu-  
 li possit.

**A** PVD veteres quidem, quod pluribus locis testa-  
 tur Cicero, elati, honoratiq; fuerunt, qui con-  
 sulendi & curam, & laborem Populo non denega-  
 runt; non solum his temporibus, quibus abditum  
 ius civile paucorum penetralibus condebatur, sed  
 omnibus etiam aetatibus, ut secundum rem milita-  
 rem, qua maxime Populus excellebat Romanus, &  
 eloquentiam, quae florente Roma plurimum valuit,

maximam vim habuerit, qui consulerentur; quam-  
 quam eloquentiam serò Romæ cognitam, publicus  
 testatur consensus. Tantum quisq; dicendo proficie-  
 bat, quantum valebat ingenio quærendæ sanè potē-  
 tiæ dulcedine, reor diu ius civile, quasi communi  
 quodam pacto, vel coniaratione potius eorum, qui  
 tenebant, occultatum fuisse, vt nemo publicè doce-  
 ret: sed clam liberos, vel propinquos, vel quos maxi-  
 mè caros haberet institueret ante Titum, siue, vt alii  
 Tyberium Coruncanum, quem primum de plebe  
 Pontificem Max. creatum, est memoriæ proditum.  
 Hic licet ciuili iuris peritus fuerit, fuit certè Ponti-  
 ficii peritior. Itaq; & apud Ciceronem, & scriptores  
 alios iuris diuini palmam omnibus ætatibus tulit;  
 nec satis compertum est, vtrum propter examiam di-  
 uinarum rerum scientiam, an propter docendi assi-  
 duitatem tantum honorē acceperit, vt de plebe pri-  
 mus Maximum obtinuerit Pontificatum, quem ad  
 id tempus scriptum tenuerant Patritii. Non erit vt mi-  
 hi videtur incommo- dum, paucis digredi, & quod  
 apud veteres ius Pontificum fuerit appellatum mō-  
 strare. Omnibus gentibus, Populis, nationibus, qui-  
 bus aliquid modo sit humanitatis, instum in animis  
 est; esse superum immortale numen; cuius nutu re-  
 gantur, coalescantq; vniuersa, quod colendum, vne-  
 randumq; censent hominibus. certa persuasione dis-  
 ti-



At, pietate coli superos, bonaq; omnia largiri mortali-  
 bus, impietatem diris suppliciis vindicare. Quam  
 etiam Religionem Populus Ro. à maioribus per ma-  
 nus traditam, perpetuam, inuiolatamq; seruauit, dū-  
 taxat nomine miserandus, quòd diuinos honores tri-  
 buit demonibus, quòd malum incognito nobis Dei  
 iudicio, multa secula terrarū orbem inuasit. Sed id,  
 quod agitur expediamus. Cultui superum apud om-  
 nes gentes sacerdotes præficiantur, quibus certa  
 iura constituta erant, quæ sacra diuina, Pontificia vo-  
 cabantur; nos tamen Romanorum quæ cœpimus iu-  
 ra tradamus. Quinque rebus igitur Pontificum iura  
 constabāt; nam & Deorum cultus exponebatur, qui-  
 bus diebus hostiis, precibus placanda numina foret.  
 Vnde & maiores, & minores, & lactentes hostiæ di-  
 ctæ forte, quòd ab hostibus caperentur primis tem-  
 poribus hostiæ, victimæ propter victoriam dictæ.  
 Post hæc recte nè instituti essent Ludi, sacraq; alia, &  
 quando instauranda foret Pontificum subieceretur  
 decreto. Jam nota, quæ ritæ concepta, nuncupatæ ue-  
 forent, quæ contra perperam, Pontificum erat iudi-  
 cium. Præterea sacrarum ædium dedicationes tue-  
 bantur, verbaq; præibant Pontifices Max. cum dedi-  
 carentur, quid sacrum, quid prophanum esset statu-  
 bāt. Postremo vitam, victumq; sacerdotum, mores,  
 studia, habitum, tum in sacris, tum etiam extra, Ponti-  
 ficum

ficum iura docebant quæ quidem optimè, ac peritissimè calluisse Corru'canus existimatus est, de quo fit hætenus dictum. Laudatur & ille Papyrius, quem leges Regias in vnum redegisse corpus monstratum est supra. Et C. Scipio Nasica Publiū appellat Linius Cn. F. eius inquam Cn. qui cum Publio fratre, post res maximas gestas celtiberum prodicione in Hispania periit. Hic igitur, siue P. siue C. vir optimus ciuitatis fuit à Senatu iudicatus. O singulare iudicium, omnibusq; victoriis, atq; triumphis anteponendum sanæ mentis hominibus. Fuit autem hac ratione iudicatus hærente visceribus Italiae Annibale, oraculū accepere Romani, quo uictoria promittebatur, si matrem Ideam, eandemq; Cibelem in patriam aduenissent. Mittuntur legati, qui per Attalum tum populi Romani socium, regionum earum eo tempore regnum obtinentem, compotes facti alterum oraculū retulerunt ab optimo ciuitatis viro hospicio Deam accipiendam, quo cum tam anticipiti iudicio Senatus destineretur, tandem hunc, de quo agimus Scipionem admodum adolescentem, & nondum Quæsture perfunctum, virum optimum iudicauit: maximū & illi decus, qui iudicatus est, & Cornelie genti. Hic Scipio Bona in Consulatu debellauit, de quibus in magistratu triumphum egit, qui tamen vir optimus antequam Consul fieret repulsam expertus est; huic

ædes

res publicè datas in sacra via Pōponius meminit,  
 ut per otium consuleretur. Adiungitur iis Appius  
 Claudius, quem Decemvirum supra retulimus, qui  
 non potuit iuris non esse peritus, tanto præfectus  
 muneri, malo certè animo, prætorq; fuit præposteris  
 moribus, quod gestus magistratus ostendit, qui ta-  
 men teste Livio, prioris anni Decemvirorum mini-  
 mus natu fuit. nihil autem videtur habere Pom-  
 ponius, vnde iuris in Appio peritiam colligat,  
 præter Decemviratum. Si tamen hinc colligit,  
 oportuit collegas iuris etiam fuisse peritos; crede-  
 mus igitur si placet alicuius autoritate permotum  
 hanc iuris prudentiæ laudem Appio tribuisse Pom-  
 poniū. Nam si quod refectus fuerit scientiā arguit in  
 Appio, animadvertatur oportet pessimo exemplo  
 magistratum ambiendo iis obtinuisse comitiis, qui-  
 bus ipse præesset. Succedit vir eiusdem familiae Ap-  
 pius item Claudius, qui post Censurā cæcitate per-  
 fusus cæcus est cognominatus, de quo plurima sunt  
 nobis alias commemorata; quæ tamen hæctenus di-  
 cta non sunt quoniam iureconsultus meminit refe-  
 rentur. Aquam in urbem induxisse fertur quæ dicta  
 est ab eo Claudia, Appiamq; uiato, quam ab hoc  
 ipso cognominatam satis perspicuū est. Lanuvium  
 & eas regiones petentibus iter cōmodissimum stra-  
 misse legitur. hæc omnia ex attributis in censura à  
 Senatu

Senatu uectigelibus . Obseruatum est autem à Cenforibus , ut quædam cõmuni nomine, quædam seorsum struerent, quod ex Liuiο cognosci luculentè potest in omnibus prope locis, quibus Cēsorias retulit substructiones. Verum Appius, quo de nobis est sermo, eloquens habitus est, itaq; senex admodum letitica uetus in Curiam pacem cum Pyrrο fieri dissuasit, ad eam accipiendam licet inclināte Senatu. Nam Pyrrus Neoptolemi filius Rex Epyrozarum à Tarentinis in Italiam uocatus, ut eos ab impetu Romanorum defenderet, cum Romanis congressus magnocum suo discrimine, cumq; clarissimorum, & fortissimorum uirorum ingenti iactura, Leuinum Consulē uicit; nescio bis dicam, an semel quoniam in utranq; sententiam authores inclinant, certè victorē Pyrrum dixisse fama est, actum esse, si Romanos eodem discrimine postea uicisset; superauerat enim elephantorum uim maximè, quod animal eo tempore incognitum erat Romanis. territo igitur equite, obtritoq; pedite, hosti de victoria concessum est, qui populabundus nō procul ab urbe confedit Niciāq; legatum, quem præstantissimum habebat oratorem Romam de pace misit munera ferentem, quæ tum uiris, tum etiam mulieribus largiretur, quæ tamen accepit nemo, ea frugalitas, continentia Romanorū erat. Introductus igitur in Senatum parum absuit ab

impe-

impetranda pace, quæ turpis nomini Romano fuis-  
 set. Obstitit igitur Claudius, cuius oratio ad Cicero-  
 nis usque tempora creditur pervenisse, quam etiam  
 versibus cecinit Ennius. Poeticam attingisse existi-  
 mus Appius, cuius carmen à Panætio laudari in qua-  
 dam ad Tiberonem epistola author est Cic. Laudat-  
 ur & in hoc viro domestica disciplina, cuius argu-  
 mentum est quod & cæcus, & summa senectute con-  
 sectus colebatur, atque amabatur, verebatur dome-  
 stici omnes, habebat demum imperium in suos. In  
 iure autem civili, & actiones composuit, & de usur-  
 pationibus librum, qui iam ætate Pomponii desido-  
 rabatur. Dicitur etiam R. literam invenisse, vnde Va-  
 lerii dicti, qui prius Valesii, & de Appio quidem tan-  
 tum dixerimus. Addamus Sempronium, qui nõ satis  
 apertum est, qua sit ortus familia, plures enim fuerunt  
 Semproniorum, vt Atratinii, Gracchi, & si qui alii. Pro-  
 meruit tamen hic, de quo loquimur sapientis cogno-  
 men, ~~quis~~ enim est appellatus omnium Romanorum  
 primus, quod etiam reliquit posteris. non ab re fore  
 mihi videtur si Romana cognomina, quam brevis-  
 sime percurrero, erit enim & legentibus utile, & sci-  
 tu non indignum ( vt arbitror ) argumentum. Sume-  
 bantur igitur cognomina à corporum habitu, siue  
 viciis, siue virtutem significaret. Vnde Rufi, Ver-  
 rucosi, Strabones sunt dicti vel ab aliqua insigni no-

AA ta

ta, quæ cognomina dedecus præferebant, vnde oratorem Hortensium Piscinarium quidam, quidam molem nuncupauerunt. Notam etiam ad virtutem transferebant, vnde ab insigni velocitate Cursor Papyrius est dictus. Casu etiam cognomina dabantur, itaq; Domitius appellatus est Enobarbus, quòd creditum sit Castore, & Polluce mulcentibus barbaram rubeam esse factam. Eadem causa nomen Coruino dedit, quòd cum Gallis pugnantem Coruus adfuisset, scutoq; absidens, hostem rostro crebro petisset. Sunt qui dicant ab exercitatione colendorum agrorum, à qua tunc principes non abhorrebant, ducta esse cognomina Seranorum, & Fabiorum, à serendo scilicet, & fodiendo. A natura etiam sumebantur appellationes, inde Fabius Max. Cunctator est appellatus, Celeres quoq; Metellos ob eandem dictos causam existimarim. A rebus gestis cognominabantur pluri mi. Itaque Liuius Salinatori additum est cognomen, quod falsum precium crederetur auxisse. Torquato cognomen uenit ab adempto Gallo, quem interemerat torque. Res gestæ magnum dixere Pompeium, & utriq; nomen peperunt Africano, plurimisq; aliis. Nam quid Asperi cognomen, quid Imperiosi memorem, quæ naturæ parata sunt viciis? utile certè iudicatum est vel nominum gloria ad virtutem homines accendi, vel infamia deterreri à viciis, atque sceleribus

leribus. Sed ad rem est redeundum. Magna quidem certè existimatio populi, magna de hominis opinio sapientia perfecit ut *omnis* Sempronius appellaretur. Sed eundem est ad reliqua.

## EXCURSIO III.

**D**EINDE *Q. Fabius, qui ad Carthagenenses missus legatus, cum essent duo tesserae posita, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato utram uellet referret Romanam, utranque substitit & ait Carthagenenses petere debere utram uellent accipere.*

**I**MPERANTIVM gentibus Populorum efferuntur frequentius animi, sæpeq; in superbiam vertuntur, quo fit ut potentiam magnis laboribus partam obruant bellorum periculis. Quod sane Pœnis euenit, atq; Romanis. Cum. n. uterq; populus viribus excelleret, dum alter non cedit alteri, in mutuam perniciem exarserunt. Cecidit tandem Carthago, ita tamen, ut plerunque Roma victrix propior periculo fuerit, hæc tamen per transenam sint nobis proposita. *Q. Fabium* veteribus iureconsultis Pomponius adiicit eum, qui vel legatus Carthagenensibus bellum indixit, quod secundum Pœni, Romaniq; gesserunt, quod etiam vocatum est Annibalis bellum cuius causam excidium Sagunti dedisse videtur, re tamen ve-

ra non tam odio Saguntinorum excidit urbem An-  
 nibal, quam ut irritaret Romanos, & quod iam pri-  
 dem querebat, bellum Romani susciperent. Quin-  
 que legatos Carthaginem miserunt, qui percuncta-  
 rentur publico nē consilio Sagūtum Annibal euer-  
 tisset cumq; Carthaginenses nihil id dicerent ad Ro-  
 manos attinere, hanc .n. in suum ciuem suam anima-  
 duersionem esse, defenderentq; Annibalem nihil cō-  
 tra fœdus deliquisse. Q. Fabius sinu ex toga facto: hic  
 inquit pacem, bellumq; vobis portamus, utrum pla-  
 cet accipite, cum ex omni Curia parte conclamātū  
 esset, daret utrum vellet, se quod daretur acceptu-  
 ros; excusso sinu bellum dare sedixit. Acceperūt Car-  
 thaginenses, & quibus accepissent animis gesturos  
 se receperunt. Hæc Livius primo, & vigesimo libro  
 ab urbe condita. Verum Pomponius Græcos quosdā  
 sequutus annales tesserarum induxit sermonem,  
 duasq; positas ait, certarumq; inter partes, tessera de-  
 ligendæ cuius nam esset optio. Tandem bellum Car-  
 thaginenses sumpsisse. Mihi sanè Livianū magis pro-  
 batur elogium; magis .n. ex dignitate Populi Roma-  
 ni bellum indicentis videtur, cum presertim magna  
 legatur in legationibus Romanorum dignitatis cu-  
 ra. Ausum legarum Romanū Antiochum Syriæ Re-  
 gem circumscripsisse virga. edixisseq; ne ante inde  
 euaderet, quam Senatui responsum daret, quis obse-  
 cro



ero credat? & tamen omnia monumenta testantur.  
 Itaq; directa illa percussio, belliq; denunciatio (ve  
 Livius inquit) magis ex dignitate Populi Romani ui-  
 sa est. Illud certe dubium est, fuerit ne Q. Fabius, qui  
 multa Dictator, Consulq; aduersus Annibalem gef-  
 sit, Tarentumq; recepit eadem, qua fuerat amissum  
 arte, an alius aliquis. Nos certe quoniam legatorum  
 est facta mentio, de legatis pauca dicamus. Legati  
 communi nomine significantur, qui à Principe, po-  
 puloq; ad Principem, seu populum legantur, quos  
 placuit iure gentium totos, atque inuiolatos semper  
 esse. Præter hos legabant Romani in Prouincias ma-  
 gistratibus uiros præstantes, opinor consiliarios, ad-  
 iutoresq; & pacis, & bellis eorum, qui Prouincias ob-  
 tinerent, & quasi testes omnium, quæ gererentur in  
 Prouincia, qui partes etiam curarum suscipiebant va-  
 riis præpositi muneribus, ut res, tempus, negociorū,  
 Prouinciarumq; magnitudo postulabat; & integris  
 quidem moribus legabat Senatus, quos in Prouin-  
 cias mittendos censebat. Post Imperatores ipsi lega-  
 re sibi quos uellent coeperunt, concedente credo Se-  
 nato in gratiam & legantium, & legatorum. Certe  
 tum ad Senatum referebatur, nichilominus aliquan-  
 do imperatoria uoluntati, sed raro admodum fie-  
 bat. Queritur Cicero in oratione, qua legem suam  
 Manilianam non esse A. Gabinium Pompeio legatum,  
 cum

cum peteret ipse Pompeius eum sibi legari, cuius lege Pyratice bello præpositus esset: sed quem legatū habere non potuit, Cōsulem certè facere potuit. Erant & liberæ legationes, quas opinor corruptis cœpisse moribus, quæ obeundarum hæreditatum causa dabantur sæpenumero senatoribus. Cic. meminit Philip. prima asserens se ius habuisse liberæ legationis, meminit & in ea oratione, qua Seruiliū Rullum Tribunum plebis legem ferentem Agrariam impugnavit in Senatu. Principes quoq; postlibertatem oppressam per legatos plures administrabant Provincias, & de legatis quidem hæc pauca sint dicta.

## EXCURSIO III.

**P**OST hostem fuit Tyberius Corruccanus, qui (ut dixi) primus profiteri cœpit, cuius tamen scriptum nullum extat, licet responsa compluria, & memorabilia eius fuerint.

**D**E Corruccano quæ dicenda fuerant supra nobis sunt explanata, illud tamen adiciatur in iis, quæ supra sunt dicta respexisse Pomponium primū eum fuisse, qui docuerit ius Romæ ciuile, hic vero ætatem hominis perscripisse, quem crediderim inter secundum, ac tertium bellum punicum floruisse, nam Cato secundo bello punico cœpit florere, moritur

ruit sub Q. Fabio Maximo cepit Tarentum (vt Cicero tradit in his, quæ de Senectute conscripsit) fuisseq; dicitur superioris Africani Quæstor, sed de Catione post paulo, hæc tamen diximus vt hunc etiam floruisse cum Corruccano diceremus. Corruccanus verò nihil scriptum reliquit, fortè Socratem imitatus. Quam etiam sententiam M. Antonius Orator traditur esse sequutus. Laudantur Corruccani responsa discipulorum eius opera cognita, vt Socratica philosophia auditoribus eius scribentibus ad nos vsq; perlata est.

## EXCURSIO V.

**D**EINDE Sex. Aelius, & frater eius P. Aelius, & P. Atilius maximâ scientiâ in proficendo habuerunt, & duo Aeliæ etiam Coss. fuerunt. Atilius autem primus à populo sapiens appellatus est. Sex. Aelium etiam Ennius laudauit, & exatq; illius liber, qui inscribitur tripartita, qui ueluti cunabula continet iuris. Tripartita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum præposita, iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio. Eiusdem esse tres alii libri referuntur, quos tamen quidam negant eius esse. hos sectatus est ad aliquid M. Cato princeps Pontie familie, cuius & libri extant. sed plurim filii eius, ex quibus ceteri oriuntur.

CON-

**C**ONTINGUNTUR aliquot iuriconsulti, duo  
 Aelii pater, & filius Consulares ambo. Atilius  
 præterea, qui sapientis apud Romanum populum  
 nomen promeruit, ut interesse inter Atilium, &  
 Sempronium nihil existimem, quod ad rationē co-  
 gnominis attinet, nisi quod alter Græco nomine  
 σοφός, alter latino sapiens sit appellatus. Ennii uoce  
 Sex. Aelium laudatum, author est etiam Cic. Quod  
 ad tripartitum volumen attinet satis explicat iurē cō-  
 sultus, idemq; ait tres alios circumferri libros, quos  
 ut Aelianos pleriq; non recipiunt. Veniamus ad M.  
*Cato maior.* Catonem, qui maior est appellatus, ut minor esset  
 Uticensis, quo in homine certasse natura cum fortu-  
 na videtur, ab utra maioribus decoraretur muneri-  
 bus. Hic de plebe Romana in agro Sabino homo na-  
 tus, atq; educatus, & bello maximus fuit, & pace cla-  
 rissimus. Obtinuit Prætor Sardiniam, tanta continē-  
 tiæ, frugalitatisq; fama, ut quasi diuinum quoddam,  
 celoq; demissum spectaculum eum focii veneraren-  
 tur. In Consulatu Hispaniam obtinuit Prouinciā,  
 qua pacata triumphum egit, Censorq; factus seueris-  
 simē Censuram administravit, quemadmodum cum  
 Censuram exponeremus retulimus. Rem rusticā  
 optimē creditus est tenuisse, librosq; cōscripsit, quo-  
 rum extant etiam nonnulli. Juris peritus fuit, etiamq;  
 volumina dicitur edidisse; habitus præterea fuit elo-  
 quca-

quentissimus. Scripsit Romanarum originum libros, qui summo habebantur in precio. Græcas literas serò cognouit, & tandē non ruditer percepisse creditus est. Philosophiam nè calluerit non satis est exploratum, negabat tamē admittēdos philosophos esse, credens videlicet eorum disputationibus iuuenum animos a rebus gerendis auerti, quod non sanè probatur vniuersis. Pars. n. maxima credit animos ad rem gerendam inflādari philosophia, citant testes Epaminundam Thebanum, & ex academia Syracusanum Dionem, interq; Romanos Marcum Brutum, qui res maximas auspice philosophia gessisse traduntur. Sed hæc disputatio alterius censetur esse negotii. Catonis quidem orationes sic redolent philosophiam, vt ex sententiis, quæ passim leguntur colligi potest, vt existimetur clam operam philosophiæ dedisse. Hic est ille Cato, qui monebat identidem Carthaginem euertendam, mala aduersus Romanos cogitantem, cum Scipio Nasica conseruandam diceret, nè metu dempto in viscera Reip. ciues arma torquerēt, qui verior vates sanè fuit, Catonis tamen auctoritas ualuit mortui. Filius autem eius, quem plures de iure ciuili conscripsisse libros Pomponius asserit, ante patrem est mortuus, cui pater senio confectus, nouercam induxerat Solonii Cliētis sui filiam, filioq; responderat quærenti cur sibi induxisset no-

BB uer-

ueram, nihil tibi mihi sate succensco, sed tui familiae  
plures Reip. ciues gignere uolo. Sed iam reliqui no-  
stram increpant moram, orationemq; desiderant.

## EXCURSIO VI.

**P**OST hos fuerunt P. Mutius, & Brutus, & Mani-  
lius, qui fundauerunt ius ciuile, ex his P. Mutius decem  
libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres. Extant & uolu-  
mina inscripta Manilia uolumenta. Alii duo Consulares fuerunt,  
Brutus Praetorius, P. Mutius etiam Pontifex max. Ab his  
profecti sunt P. Rutilius Rufus, qui Romae Consul, & Asia  
Praefatus fuit. Paulus Verginius, & Q. Tubero ille Stoicus Pana-  
eti auditor, qui & ipse Consul. Etiam Sex. Pompeius Cu. Pom-  
pei patrum. Fuit & eodem tempore Caelius Antipater, qui hi-  
storias conscripsit, sed plus eloquentiae, quam scientiae iuris opera  
dedit, Etia L. Crassus frater P. Mutii, qui Mutianus dictus  
est, hunc Cic. ait inreconsultorum disertissimum.

**E**X primis tribus, qui à Pomponio scribuntur  
hoc loco P. Mutius, & Brutus in honore ma-  
gno Romae fuisse dicuntur apud eos, qui consulebant,  
nam Manilii sicut dignitas clarior, quam Bruti sic iu-  
ris scientia apud authores obscurior extitit. Ad haec  
Mutiorum, Brutorumq; familiae Patritiae fuerunt, ex  
plebe Manilia, plebis enim tribunatum gessisse Ma-  
nilius constat, uel ex illo Manilio, cuius legem Cic.  
Praetor

Prætor fuerit, qua Mithridaticum bellum **Ca. Pompeio** mandabatur. Mutiam certe, Juniamq; nobilitatem nemo vel mediocriter eruditus ignorat. Altera Mutium Principem habuit, qui Scauola primus cognominatus est, quiq; solus est ausus intrare Porſennæ castra Regis necandi gratia, nec expanit ignibus ad mouere manum, docturus videlicet vile corpus esse perentibus in mortalitatem. Alterius author fuit Iulius Brutus, qui patriam seruitute Regia liberavit. Et Scauolarum quidem iuris ciuilibis perpetuum studium fuit, vt plurimis, maximisq; iureconsultis semper gens illa floruerit. Sed ad eum veniamus, de quo nobis institutus est sermo, ad quem se venturasse, argute Scauola mortuo M. Tullius asserit, quæ inuicem in ciuitate Romana, & ingenio, & industria dicere præstantissimum audet in ipso dialogi limine, quem de amicitia conscripsit. Hæc de Mutio. Brutum autem crediderim illius fuisse parentem, qui accusator est appellatus, degenerauit enim à clarissima, vetustissimaq; familia, patrimonioq; adeso, inter accusatores, & quadruplatores meruit connumerari. Miror hunc Tribunum fuisse plebis, nisi vel ad plebem trāsit, vel pars Iuniae familiae adiecta est plebi, in Tribunatu certe legem tulit, Capuam vt deduceretur Colonia, multaq; contra Remp. molitus, pessimo tandem exitio perit. Capuaq; desit esse colonia donec

primo Cæsaris consulatu lege Julia iterum fuit dedu-  
 cta agro campano diuiso. Innuuit hæc Cicero in his,  
 quæ in Rullum de lege Agraria perorauit, mirari se  
 asserens Rullum imitantem acta Bruti eius exitum non  
 pertimescere, & in Pisonem testatur se Consulẽ pro-  
 hibuisse nè Rullus campanum agrum diuideret. qua  
 in re si diuidendus non fuit, Reip. dicit se profuisse,  
 sin diuidi oportuit melioribus diuisoribus rem inte-  
 gram seruasse, Cæsarem significans, atque Pompeiũ,  
 qui adiuncto sibi Crasso Remp. tunc occupauerant.  
 Sed ad patrem redeo. Miserum enim est nequitiam  
 filii obesse parenti, is in tribus libris, quos de iure ci-  
 uili primos edidit se cum filio infundis suis fuisse cõ-  
 scribit, singulis libris singulos apponens fundos.  
 Quam rem L. Crassus orator sic est interpretatus. Pa-  
 trem virum opt. exploratam habentem filii nequitiam,  
 atque turpitudinem, testatum relinquere voluisse  
 quantum filius acciperet patrimonium; addebatq̃  
 Crassus, Brutum, nisi turpẽ putasset eum id ætatis fi-  
 lio in balneis videri fuisse, balneas quoq; perscriptu-  
 tum, quas tamen ex Censoriis tabulis à popinone te-  
 terrimo repetebat; nec plura de Bruto. Rutiliũ Ru-  
 sum, quem superioribus successisse tradit sunt qui di-  
 cant iniquo iudicio damnatum exulasse, quod etiam  
 Cic. pluribus locis confirmat, quem tamẽ asserit spe-  
 cimen innocentie fuisse in ea oratione, qua inuchi-

tur



tur in Pisonem, eundem in C. Rabirii Posthumi de-  
 fensione summis laudibus extollit. Hic Rutilius Pa-  
 nætium quoque creditur audiuisse, quem etiã Cic.  
 tradit in eadem Rabiriana defensione Mitylenis de-  
 præhensum à Mithridate, crudelitatem Regiam in  
 omnes togatos vestis mutatione fugisse, hominẽq;  
 Consularem soccos, palliumq; gestasse, temporis ita  
 ratione poscente. Sequitur A. Verginius, quem per-  
 peram ( ut ego quidem sentio ) Paulum Verginium  
 quidam codices legunt. Sequitur & Q. Tubero so-  
 roris Africani filius, vt Cic. testari videtur, quem ait  
 tertio de oratore dialogo noctes, diesq; operam de-  
 disse philosophiæ. Sequebatur Stoicos audiuerat. n.  
 Panætium, ad quẽ etiam plura Panætius dicitur scri-  
 psisse. hunc idem ait Cic. Tuberonem Prætura deie-  
 ctum; nam cum Q. Maximus Africani junioris no-  
 mine epulum populo daret, rogauit Tuberonẽ, tri-  
 kliniũ vt sterneret, qui pelliculis hædinis lectos stra-  
 uit vilissimos, famiaq; apposuit vasa ac si Diogenes  
 Cynicus, nõ Africanus diuinus homo mortuus esset.  
 quem cum Q. Quintus Max. pro rostris de more lauda-  
 ret gratias egit Diis immortalibus, quòd Romæ na-  
 tus esset Scipio. Dicebat enim oportuisse ibi terrarũ  
 orbis imperium esse, ubi natus ille fuisset. Itaq; repul-  
 sam Præturæ tulit, oderat enim populus Rom. priua-  
 tam luxuriam, publicam magnificentiam diligebat.

Con-

Consulem tamen eum postea fuisse Pomponii confirmat authoritas. Adiciatur superioribus etiam Caelius Antipater, quem primum omnium Cicero memorat secundo de oratore dialogo historiam illustrasse, cum ante rudis fuisset, atque omnibus caruisset ornamentis. Præter hos Sex Pompeius reponitur, de quo præter ea, quæ tradit Pomponius patrum videlicet illi Cn. Pompeii fuisse nihil omnino, quod dicamus habemus. Nec prætermittendus est P. seu L. Crassus Scauolæ frater eius (ut opinor) qui aduersus L. Crassum oratorem ea tempestate clarissimum in causa Curiana dixit. Constat autem vtrunque & iuris peritia præstitisse, & fuisse eloquentem, nam Scauolam primo dialogo de oratore apud Cicero- nem ait Crassus iureconsultorum eloquentissimum, eloquentium iureconsultissimum sibi videri, sed cæteri nos operiuntur.

## EXCURSIO VII.

**P**OST hos Quintus Mutius Publii filius Pontifex maximus ius civile primum constituit, generatim in libros decem. *Est et relegendum. Mutius audisores fuerunt complures, sed præcipue iurhoræ Gallicæ Aquilæ, Balbæ Luciliæ, Sextus Papyrius, Caius Annius, ex quibus Gallio maxime iurhoræ apud populum fuisse. Seruius dicit, omnes inter hiis Sextus Sulpitius*

no nominantur: alioquin per se eorum scripta non talia existens, ut rationes appetant. deniq; nec versantur omnino scripta eorū inter manus hominum: sed Sarcini libros suos complevit, ex ceteris scriptura ipsorum quoq; memora habetur.

**A**LITER nobis Mutius Pontifex refertur, cuius opus clarissimum, summæq; utilitatis memorie proditur à Pomponio, quid. n. vtilius studiofiori iuris assequi potuerunt, quam eam facultatem, quam omni conatu sibi adipiscendam proposuerat in genera diuisam habere, quod alibi diximus Lucium Crassum oratorem & magnopere desiderasse, & facturum certè fuisse, nisi mors preuenisset, quod si acutissimus Trebonianus, ceteriq; vel cōpilatores, vel certè legum potius expilatores fecissent. melioribus uteremur studiis, iuraq; cum facilius, tū etiam commodius perciperentur, sed actum agimus, itaq; ad eius discipulum Mutii veniamus Aquillum. Hic eisdem temporibus, quibus Cicero floruit, fuit tamen natu maior; iam. n. apud populum auctoritatē quaesierat Aquilius, cum in forū Cicero venit, Quintianamq; defensionem, quam primam Tullius egisse putatur, Aquilio iudicante suscepit. dubium est tamen sit nē hic idem Aquilius, de quo dubitabatur, esset nē competitor Ciceronis in Cōsularu siturus, de quo ad Atticum scribit Tullius se petentū Aquillum

lium non putare; nam iuravit inquit morbum, & illud suum regnū iudiciale obiecit. Hic Aquilius instituit subtilitate forsitan nimia, qua ratione posthumi nepotes heredes institui possent, ut constat initio legis Gallus. ff. de liberis, & posthumis. etenim Aquilius Gallus appellabatur. Eundem in officiis testatur Cicero actionem doli mali primū instituisse, cumq; de illo quaereretur, quidnam esset dolus malus, cum aliud dicitur, aliud simulatur, respondere solitus erat. à quo tamen fuerit vel actio, vel exceptio instituta non disputabimus. Illud certè constat doli mali exceptionem Prætorii iuris fuisse, ut apud Paulum. l. prima. ff. de doli mali, & metus exceptione. §. Ideo autem. sed neque ipsa descriptio satis quadrare videtur; nam tametsi nihil simuletur cum agitur, tamen competere potest exceptio doli mali Vlpiano teste l. secunda. ff. eodem. §. Circa primam speciem. Accedit, quod ex omni facto oriri potest doli mali exceptio eadem. l. §. Generaliter, sed silentibus etiam legibus in eo peccat sanè descriptio, quod amplior est eo, quod describitur, non enim omnis simulatio, quæ verbis tegatur efficit dolum malum, an si quis dicat petenti furioso se gladium non habere, quem tamen habeat doli mali reus sit quòd simulauerit? Iam ille apud Plautum in trinumo quia filio familias, quem ei pater commendauerat, cum domum adolescens venalem

*dolus malus.*

venalem proscrisisset nè venderet alteri se simula-  
vit emere, domumq; servavit amico, doli mali reus  
erit, quod effecit ne rediens in patriam penatibus,  
domoq; paterna careret amicus? sunt sanè quædam  
incipitia nomina, quæ in vtramq; partē accipi pos-  
sunt, vt venenum, dolus, & alia huiusmodi. nã apud  
Homerum venenum porrigit Helene cõiugi, simul  
atq; Telemacho, quò tristitiam deponerent, fie-  
rentq; lætiores hisce versibus.

Εὐθ' αὖτ' ἄλλ' ἐπίσ' ἔλινθ' ὀδὸς ἐκγεγαυῖα,  
αὐτὴν ἄρ' ἐς οἶνον βάλλε φάρμακον ἔθνη ἔπιπον,  
Νηπιῆς τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἀπάστων,  
ὅς τὸ καταβρέξεται ἔπει κεντῆρι μίφειν,  
ἢ κ' αἰφαιμίριος γ' βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,  
ἢ δ' εἰ οἱ κακκτιβιαίη μήτηρ τε πατήρ τε,  
ἢ δ' εἰ οἱ προπαύροισθ' ἀδελφεῖν, ἢ φίλοι ἦεν  
χαλκῆ ἀπώων, ἢ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὀρώτο.

Quis hoc quæso venenum malum dixerit: sed  
vt ad dolum se referat oratio. malum ego sanè do-  
lum existimarim simulationem esse, quæ nocendi,  
fallendiq; animo fiat, sed de Aquilio satis. Reliquos  
quoniam excidissent memoria nisi a Pomponio per-  
scripti fuissent, missos faciemus Seruiû quæ sequun-  
tur exponant.

## EXCURSIO VIII.

**S**ERVIUS autem cum in causis orandis primum locum,  
aut certè post Marcum Tullium obtineret: traditur ad con-

CC

sulen-

fulendum Quintum Mutinum deus amicus sui peruenisse, et de iure respondendum parua intellexisset, et iterum Quintum interrogasset, et à Quinto responsum esset, nec tamen percepisset, ita obiurgatum à Quinto Mutino. Namque cum dixisset turpe esse patrio et nobili viro causas excorant, us in quo versaretur et ignorare. ea uelut contumelia Setius tractus, operam dedit iuri civili: et plurimum eos, de quibus locuti sumus, audiuit: instructus à Balbo Lucilio, instructus aut maxime à Gallo Aquilo, qui fuit Cercinna. Itaque libri eius complures extant Cercinnae confecti. hic cum in legatione perisset, Statuam ei populus Romanus pro Rostris posuit, et Hodie extat pro rostris Augusti, huius uolumina complura extant. reliqui autem prope centum et octoginta libros. ab hoc plurimum profecerunt. ferè tamen hi libros conscripserunt: Alfenus Varus, Caius Aulus Ofilius, Titius Cæsius, Aufidius Tuca, Aufidius Namusa, Flauus Præsius, Caius Ateius Pacuuius, Labeo Antistius Labeonis Antisti pater, Cimma, Publicius Gellius. Ex his enim decem, octo libros conscripserunt: quorum omnes, qui fuerunt, libri digesti sunt ab Aufidio Namusa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum authoritatis habuit Alfenus Varus, et Aulus Ofilius: ex quibus Varus Consul fuit, Ofilius in equestri ordine perseverauit: is fuit Cæsari familiarissimus: et libros de iure civili plurimos, et qui omnem partem operis fundarent, reliquit. Nam et de legibus Vicefima, et de iurisdictione primus conscripsit. idem edictum Prætoris primus diligenter composuit. Nam ante eum Seruius duos libros ad Bruttium quatuor bre-

breuissimos ad edictum subscriptos, reliquit. Fuit eodem tempore & Trebatius, qui idem Cornelii Maximi auditor: fuit Autus Cascellius, & Quintus Mutius Volusii auditor: qui deinde in illius honorem Publium Mutium nepotem eius testamentis reliquit haereditatem. Fuit autem Quaestorius, nec ultra voluit procedere, cum Augustus illi etiam consulatum offerret. ex his Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Osilius utroque doctior: Cascellii scripta non extant, nisi unus liber Benedictorum: Trebatii complures, sed minus frequentantur. Post hos quoque Tubero fuit, qui Osilio operam dedit. Fuit autem patritius, & transiit à causis agendis ad ius civile: maxime postquam Quintum Ligarium accusauit, nec obtinuit apud Caesarem. Is est Quintus Ligarius, qui cum Africæ orationem teneret, infirmus Tuberonem applicare non permisit, nec aquam haerere. quo nomine non accusauit, & Cicero defendit: extatq; eius oratio pulcherrima, quae inscribitur pro Quinto Ligario, & Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici, & privati, & complures utriusque operis libros reliquit: sermo tamen antiquo usque affectatus scribere, & ideo paruum libri eius gratia habentur.

**M**ULTI quidem iuris periti coaceruantur potiusquam numerantur à Pomponio, ut mihi magna pars in turbam coniecta esse videatur: merito tamen fecisse mihi videtur, non enim vel iuris eorum conscribere, vel historiam narrare sibi propositum

tum fuit, sed nominatim eos, qui in iuris disciplina sunt habiti peritiores exponere. nos tamen ex tanta multitudi- ne, quoniam pars maxima nobis incognita est, eos potissimum deligemus, de quibus aliquid dicere valeamus. Venissent in nostram certè cognitionem plerique nisi sublati voluminibus, multorū quoque memoriam Iustinianus abstulisset, qua in re quod fuerit Imperatoris consilium, vel eorum certè, qui ad hoc facinus Imperatorem impulerint intelligere nequeo; librorum numerus inquit, infinitatem propè iam attigisse videtur: quis par erit tanto labori, totq; legendis libris? colligatur ius, & ex illa immensa voluminum mole in certam formam, arctioremq; numerum redigatur. Dignum sanè Romano Principe consilium, utilitatem publicam diligentius respiciente, supersint tamen libri, non qui iuris dignitatem obtineant. sed ut sententias explicent iuris peritorum. Quis enim duditat si præcedentia iungi sequentibus possint magnum esse lumen allatura. planè si Iustinianus ad superos rediret hoc tempore, librorumq; aliorum super alios cumulatorum colluvionem cerneret, doleret exustos veterum labores, ut succederent iuniores. Certè si cætera deessent clarissimorum hominum delectaremur studiis, frueremur lectione, scientiam cognosceremus. Sed ut eò reuertatur oratio, vnde nobis inuitis digressa est, ex

multis



multis seligemus paucos, de quibus quæ videbuntur exponemus. sumpto à Seruio Sulpitio principio, quem vel M. Tullio parem, vel certè paulo inferiorē efficere conatur Pōponius. Ego vero cum sciam inter omnes constare Q. Hortensium ante Ciceronis in forum aduētum primum tenuisse locum, post verò secundum; cumq; intelligam C. Cæsarem Dictatorem eloquentissimum habitum, creditumq; omnes fuisse superaturum, si versari voluisset in foro, facitè Pomponio non assentior, nec agnosco tantam eloquentiam in Seruio. concedo tamen eloquētem fuisse, & in causis agendis exercitatum Seruium Sulpitium, quem & ipse Pomponius, & cæteri tradunt Scauolæ iurgio vehementius exagitatnm, ad ius ciuile se contulisse. Nam cum Scauolam de causa cliētis consulere, bisq; repetitum non teneret, percipereq; consilium; ferunt Scauolam stomachatum dixisse turpissimum esse in causis foroq; versari, & ius, in quo versaretur ignorare. Quam rem criminatur etiam, & queritur apud Ciceronem Crassus primo de oratore dialogo, & sanè merito. Quid enim dici turpius, quid impudentius potest excogitari, quàm aliis polliceri salutem, arma promittere auxiliaria, cum tibi non possis opitulari, si eodem fortè loco fueris? Magnam habet vim pudoris stimulus, atque ignominia, si in animum cadat ingenuū, Erubuit

buit Sulpitius, atque confestim ad ius ciuile se contulit, nec contemptus necessaria cognitione, tantum profecit, ut summum locum promeruisse cernatur. Locatur cum Sulpitio Cicero, cum ab eius accusatione L. Murenam niteretur eripere, iurisque ciuilibus simulat contemnere scientiam, non ita certe sentiens. nam & in oratore, & pluribus aliis in locis iuris scientiam miris extollit laudibus, quod alibi quoque demonstratum est, quod ita tempus, causaque postulabat. Et sane Roma re potius militari constabat, quam iure ciuili. Illud tamen miror cum eloquentiam iuri conferret, hanc laudem Seruio non tribuisse si tanta floruerat eloquentia, quantam Pomponius significat. Sed hoc minus forsitan ad rem pertinere videatur, qua quisque fuerit eloquentia. certe iuris ciuilibus peritissimum nemo inficiabitur fuisse Sulpitium, qui tamen prima Consulatus petitione repulsus est creatis Coss. Decio Syllano, L. Murena. Qua ignominia Seruius permotus in Murenam excaduit, quem etiam adiuuante Catone, cuius summa auctoritas erat ambitus accusauit, defensus est a Cicerone Murena, atque absolutus, post aliquot deinde annos Consul fuit cum Marco Marcello, quo in Consulatu semina facta sunt ciuiliu bellorum. Seruius tamen (ut in quibusdam ad eum epistolis Cic. significare videtur) egregium concordiae ciuium propugnatorem egit.

Dein-

Deinceps à Cæsare Dictatore Græciæ Præpositus optimam sui memoriam reliquit prouincialibus. Extincto verò Cæsare, cum Mutinam obsideret Antonius, quam Decius Brutus propugnabat, tres Legati à Senatu mittuntur ad Antonium, inqueis erat Seruius Sulpitius, qui licet vteretur infirma valetudine, Reip. tamen in tanto discrimine suam operam negare noluit. qua in legatione paulò ante, quàm perueniret ad Antonium diem obiit. Pœnituit Senatû tantum virum nihil Reip. causa renuentē obieciſſe morti. itaq; & publicum funus, & pedestrem æneam statuam, & alios honores mortuo, posterisq; decreuerunt auctore sententiæ Cicerone, quam perscribit Philippica IX. De Seruii libris satis multa Pomponius scripta reliquit, nos ad reliquos gradiemur. Duos Antistios Labeones fuisse constat iurisperitos ambos, filius tamen libertatem iniquis temporibus asserere visus est immodicè, cum rerum iam potiretur Augustus, itaq; imprudens est iudicatus, habitusq; penè ludibrio, cui optimè consuluisse fata videntur, quòd Augustum habuit Principem: si enim sub Tyberio, vel C. Cæsare, vel sæuissimo Nerone vixisset Traſeam Pœtum, Soranumq; Baream, & alios illustres viros, quorum funera passim aggerabantur comitatus esset; sed de hoc satis. Trebatium M. Tullio familiarem fuisse, & crebris epistolis ostendit Cicero,

cero, & Topicorum volumine ad eum misso. Commendatus à Cicerone Cæsari profectus in Galliam est, factusq; Imperatori familiarissimus. Dicitur etiam apud Augustum non minimū tenuisse locum. sunt qui ferant consilio Trebatii ab Augusto fidei commissis iuris tributam authoritatem. Sed ad Tuberone[m] veniamus, quem Cic. in oratione pro Q. Ligario suum fuisse propinquum testatur. Aeliæ familiæ Tuberones iuncti dicuntur quam fatentur omnes fuisse patritiam. Hic est ille Tubero, qui apud Cæsarem Q. Ligarium accusauit, non tam suæ causæ confusus, quam quod Ligario inimicum Cæsarem esse sciebat, ex alienis inimiciis sibi querens uitio[n]em, accusationis tamen hæc fuit hypothesis. Tubero pater ex S. C. Prouinciam Africam sortitus fuerat, quæ sortitio Pompeianis partibus accommodabatur. Cum igitur venisset in Africam Tubero prohibitus est, tametsi graueret ægrotaret pedem in Prouincia ponere, vel à Ligario, vel ab Aetio Varo, qui Prætor olim in Africa fuerat, ad quem in Prouinciam redeuntem, licet non haberet imperium ex templo concursus est. Detulit ad Pompeium quærelas Tubero, fuitq; neglectus, victore denique Cæsare occasione ( vt dicebam ) inimiciarum suscepta est accusatio. Defendit Ligarium Cic. tribus maximè capitibus. Negabat enim Ligarium Africæ præfuisse, quo tempore

pore se prohibitum quæreretur Tubero; mox ostendit si Prouintiam obtinuisset non Cæsari, sed Pompeio retenturum Tuberonem fuisse. Postremo ad Cæsaris clementiam transfertur oratio, tãtamq; vim habuit oratoris eloquentia clarissimi, vt non solum vitam Ligario concesserit, sed in patriam exulantem Cæsar restituerit, quo ex tempore Tuberonem Pompeius asserit relicto foro, operam iuri dedisse, & in publico, simul ac priuato iure magnopere profecisse. In hunc. §. hæc duximus colligenda non libuit omnia sectari, ne vndiq; omnes colligere flosculos, omnem aucupari dicendi materiam tametsi ad id, quod agitur minimè necessariam existimaremur.

## EXCURSIO IX.

**P**OST hunc maxime authoritatis fuerunt *Ateius Capito*, qui *Ofilium* secutus est. & *Antistius Labeo*, qui omnes hos audiuit, institutus est autem à *Trebatio*. Ex his *Ateius* Consul fuit. *Labeo* noluit cum offerretur ei ab *Augusto* consulatus, quo susceptus fieret, & honorem susciperet; sed plurimum studiis operam dedit: & totum annum ita diuiserat, ut *Rome* sex menses cum studiosis esset, & sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam daret. itaq; reliquit quadraginta uolumina, ex quibus plurima inter manus uersantur. Hi dabo primùm ueluti diuersas sectas fecerunt. nam *Ateius Capito* in his, quo ei tra-

DD dita

dia fueras, perseverabat. Labeo ingenii quatuordecim fiduciam da-  
 dit. Erine fretus, quod prae ceteris sapientia operam dederat, phari-  
 ma inuouare instituit: et ita. Aegia G. grati. At asurius Sabi-  
 nus successit. Labeoni Nerva, qui adhuc eas diffensiones auxce-  
 runt. Nerva familiarissimus Caesaris fuit: At asurius Sabinus in  
 equestri ordine fuit, et publice primus respondit, posteaquam  
 hoc beneficium caput à Tyberio Casare. Et (ut plerumque sciamus),  
 ante tempora Augusti publice respondendi ius non à principi-  
 bus dabatur: sed qui fiduciam studiosorum suorum habebant, con-  
 sulentibus respondebant: neque responsa cuius signata dabant, sed  
 plerumque iudicibus ipsis scribentibus, aut testabantur, qui illos con-  
 sultabant.

**P**OST Seruium, quem supra memorauimus  
 Ateius Capito & Antistius Labeo maximam au-  
 thoritatem habuisse dicuntur, diuersis tamen (ut o-  
 pinor) rationibus, nam Ateium praeter doctrinam  
 Caesaris fauor extollebat, Labeonem praeter studiū  
 sapientiae, in quo multum, diuque versatus erat usur-  
 pata libertas clarum faciebat, itaque Consulatum ges-  
 sit Ateius. Labeo cum ab Augusto deferretur ultro  
 neglexit, videbat enim vendēdae libertatis pretium  
 Consulatum ostendi, ut suspectior populo fieret,  
 quasi degenerasset à se ipso, & non temporum ratio-  
 ne, sed honorum cupiditate, libertatem sibi vendica-  
 re desisset. Pulchrius enim erat temporibus cedere,  
 quam

quàm Consulatum taciturnitatis in rebus, quæ non ex sententia fluere, mercedem accepisse putari, sed quacunque ille de causa Consulatum contempserit, optandam mediisfidius, si Pomponio credimus, vitam vixit. Etenim sic mihi persuadeo, hac anni partitione nihil excogitari potuisse diuinius. fruebatur Romæ Labeo doctissimorum virorū sex menses cōmercio, consuetudineq; totidem recessu gaudebat, conscribendisq; libris operam dabat. itaq; & annum explebat præceptis sapientiæ, & posteritati scriptis consulebat. ait autem Pomponius in sectas diuisos esse Atelium, & Labeonem, cum alter, quæ tradita fuerant tueretur. Alter magnitudine doctrinæ fretus quædam institueret innouare. Et quoniam in sectarum mentionem cecidimus de sectis pauca memoremus. Principes quidem sectionum omnium existimantur philosophi, & hi maxime qui Socratem sunt sequuti. Cum enim sententiam suam nunquam Socrates explicaret, sed in omnes disputaret partes. Accipiebant auditores quod cuiuslibet veri videbatur similis, idq; tuebatur, vnde tanta varietas opinionum dicitur nata, vt vix quid probes, quidue reprobet in promptu sit inuenire, vt nonnunquam veram illorum sententiam credi par sit, qui negant rebus assentiendum, cum lateat omnino veritas tenebris obumbrata. huius tamē disputationis alius erit

locus accommodatior. Itaq; reprehendunt Socrate multi, cum enim inquirunt quid sentiret non exposuisset, varias confecit opiniones, fuit autem necesse unam esse veram, errareq; omnes aliter opinantes, quorum errorum omnium penes Socratem culpa fuit, sed ipse apud Platonem, & in Clitophone dialogo, & in Apologia se defendit, primum asserens se nemine instituisse docere, cum intelligeret se nihil omnino scire, examinare tamen omnes partim ut ipse disceret, partim, ut quid illi scirent, qui se sapientes profiterentur intelligeret, iuventutem semper ita a se eruditam fuisse, ut ad virtutem, & honestatem fieret propensior. Sed Socratem quidem valere sinamus hoc tempore, nihil enim refert laudandus, an accusandus sit diuturniore disputatione quaerere, cum ab eo sectas in philosophia inchoatas esse constet. Ab iis igitur, qui de moribus disputabant ad physicos transiere sectae. nam ante ea tempora nemo philosophiam audebat profiteri aduersantibus populis, omnesq; philosophos, & praecipue physicos diis aduersarios, atque ab omni penitus Religione alienos existimantibus. Inde ad oratores etiam sectio peruenit authoribus (ut Quintiliano placet) Theodoro, & Apollodoro, quorum sectatores Apollodori, & Theodori sunt appellati, in quibus Apollodorus solo iudiciali genere contentus caetera diceret.

dige-



di genera ab oratore putavit aliena. cum cæteri Aristotelem sequuti tria causarum genera posuerint omnium ore celebrata, vnum quod in laude, & vituperatione positum esset. Alterum, quod suasionem, dissuasionemq; constaret siue Senatui consulendum esset, siue populo. Tertium, quod in iudiciis versaretur. Cicero etiam in sermone familiari vim desiderat oratoriam, quam Apollodorus exiguis iudiciorum terminis, quasi cancellis circumdedit. Postremò ad iureconsultos contagio peruenit, quemadmodum in Italia patres, maioresq; viderunt nephariis factionum nominibus omnia fuisse contaminata, nec ætas quidem nostra perniciosius omnino vacat dissentionibus. Sperare tamen licet, iuuantibus superis, & Principum prudentia fieri, & æquitate posse, vt flagitiosissima factionum cognomina prorsus obliuione deleantur. Sed ad rem redeundum. Ateio, Labeoniq; Massurius Sabinus, & Nerua Cocceius successisse dicuntur. Nemo existimet hunc illum Neruam fuisse, qui postea imperauit, non enim tempora congruerent, cum Nerua si ab Augusto sumatur imperium duodecimus, si à Cæsare Dictatore tertius decimus imperauerit, successeritq; Domitiano. Massurium Sabinum sunt qui descriptiones omnes iuris ciuilis in volumen collegisse tradant,

& in

& in equestri ordine perseuerasse, & à Tiberio Cæsare publicè respondendi authoritate donatum. Neruam Cæsaris etiam familiarissimum extitisse confirmat Pomponius, sed quæ de respondendi authoritate dicuntur obiter quemadmodum Pomponiũ velle videmus dispiciamus. Vrbe Roma libera accidebat plerunque vt litigatores ambo diuersa iureconsultorum decreta proferrent; nonnunquam etiã res ita tractabatur, vt æquitate ius opugnaretur. Itaque oratoriis lacertis, ac viribus (vt ait Cic.) primo de oratore volumine amētatae iurisconsultorum hastæ torquebantur, isq; vincebat, qui cōtorferat fortius. Itaque non legum authoritatem obtinebant prudentiũ responsa, admittebantur tamen si nihil erat controuersum. Augustus primum prudentibus, eorumq; respõsis authoritatem dedit, vt eorum decreta pro scitis haberentur Imperatoriis, vel quòd iuri authoritas adiuiceretur, vel quòd existimaret Cæsar hac ratione controuersias facilius tolli posse. iurisq; prudentes accuratius responsuros nè si deprehenderentur errasse, & respondendi authoritatem amitterent, & omnium iudicio perpetuum sibi dedecus compararent. Crediderim ego tamen, si controuersum ius esset, authoritatem vel à respondentium opinione scientiæ recte solitam, vel à multitudine idem sentientium, vel ab eo certe, quod plures, melioresq; re-  
spon-

sponderent. rescripsit igitur Adrianus respondendi auctoritatem dari ab Imperatoribus, non peti in beneficii locum oportere. De his tamen sit satis excursus.

## EXCURSIO X.

**P**RIMVS diuus Augustus, ut maior iuris auctoritas haberetur. constituit, ut ex auctoritate eius responderent. & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cepit. & ideo optimus princeps Adrianus, cum ab eo iuri Prætorii peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit eis hoc non peti, sed præstari solere. Et ideo delectari se si qui fiduciam sui haberet, populo ad respondendum se præpararet. Ergo Sabino concessum est à Tyberio Cesare, ut populo responderet, cum in equestrem ordinem iam grandis natu, & fere annorum quinquaginta receptus esset. huic nec amplas facultates fuerunt, sed plurimum à suis audieribus sustentatus est. Hinc successit Caius Cassius Longinus, natus ex filia Tyberii, que fuit neptis Servii Sulpitii. & ideo pro avunculo suo Servio Sulpitium appellavit. is & Consul fuit cum Quirino, temporibus Tyberii: & plurimum in civitate auctoritatis habuit, donec Cesar eum civitate expelleret. expulsus ab eo in Sardiniam, reoratus à Vespasiano, diem suum obiit. Nerva successit Proculus. fuit eo tempore & Nerva filius. Fuit & alius Longinus ex equestri quidem ordine, qui postea ad præturam usque pervenit: sed Proculi auctoritas maior fuit. (nam & ipse plurimum potuit)

potuit) appellatiq; sunt partim *Cassiani*, partim *Proculiani*: quæ origo à *Capitone* & *Labeone* cæperat. *Cassio Celsus Sabinus* successit, qui plurimum temporibus *Vespasiani* potuit: *Procido Pegasus*, qui temporibus *Vespasiani* præfectus urbi fuit: *Celio Sabino Priscus Labolenus*, *Pegaso Celsus* pater. patri *Celfo Celsus* filius, & *Priscus Neratius*, qui utriq; consules fuerunt. *Celfo* quidem & item *Laboleno Prisco Aburnius Valens*, & *Tuscianus* item *Salvius Iulianus*.

**A**SSERVNTVR & alii magnæ authoritatis iuris periti, quorum ea memoria contenti erimus, quæ fit à *Pomponio. iis. n.* temporibus floruerût, quibus Imperatorum mores gesta domi, atq; militiæ cognoscendi maior fuit cura, quàm eos, qui consulerentur in iure, perscribendi. Annotabimus tamen sectionem factam inter *Labeonem*, & *Capitonem*, novas peperisse sectiones, inter *Proculum*, & *Cassium* unde *Proculiani* quidam, alii *Cassiani* sunt appellati. *Serpit. n. latius*, ubi semel cæpit dissentionum origo, & homines quod verum uisum est opinantur, nec veritati postea cedunt, turpe putantes sua non potuisse tutari, quod sanè maximû viciû est. Annotabimus illud etiam *Salvium Iulianum*, quem edicti perpetui pleriq; faciunt authorem iuxta *Aelii* sententiã *Spartiani* proauum *Didû Iuliani* fuisse, qui duos menses adiectis aliquod diebus imperitavit Romæ, quem etiam

etiam Herodianus mollissimum hominē atq; effoeminatissimum scribit, Imperium etiam a militibus emercatū asserens. Fuit & alter Saluius Iulianus eius, qui imperitavit tēporibus, quem iuris etiam fuisse peritum à quibusdam memoriæ mādātum est. Hæc habuimus Optime PRESVL, quæ in l. 2. de iuris origine proderemus, non illa quidem miheruam redolentia quod nos quidem vix templi sumus ausi limina salutare, ne dum in ipsam ædē prorumpere. Optimo tibi tamen animo tradita; vnde quid ab hoc ingenio sit sperandum intelligas, nosq; vel ad laborē horteris, vel certè deterreas. Illud habeto si gratum tibi senserimus munus, non sit licet Phidiæ manibus elaboratum, maiora à nobis propediem expectāda, quorum non minima pars tuis titulis accesserit. Omnibus faustis, scelicibusq; auspiciis imploratis te vale re, agere prospere, cuncta tibi ex sententia quæcunque optas cuenire & volumus, & precamur, excursionibusq; paruis extremam manum imponimus, quæ quoniam exire larius incomptæ properant tuo certè numine protegentur.

**F I N I S.**

**EE**

# ERRATA.

Pag.	Verſu.	Errata.	Correcta
12	3	relinquunt	relinquunt
37	20	mutatur	mutatur
35	24	quingueſimum	quingueſimum
46	3	coniectura	coniectura
61	10	ἑπτα	ἑπτα
73	26	quinque	ſeptem
82	2	ciues	ciues
96	10	efficit	efficit
102	5	ingiuriam	iniuriam
108	13	ſuam	ſua
121	23	in medium	in medium
123	24	Liuius	Licinius
124	25	peragendum	pergendum
146	14	coeperit	ceperit
157	23	cis	cis
162	18	claudemna	claudemus
190	5	obeundarum	obeundarum.

Ego Frater VINCENTIVS Spargiatus BONO.  
NIENSIS Vic. Reuerendi Inquisitoris appro-  
bo hunc librum tradi impressioni.



BONONIA

*Excudebat Ioannes Rubeus, auspicio Mercuria.*

M D LXIII.

